
















1

Akta sądowe. (lubelskie)

w sprawie spadku po Księżnej Annie z Sapiehów Jabłonowskiej x)
wojewodzinie bracławskiej († 8/II 1800)

Od 12.IV.1800 – 26.VIII.1801.

x) znanej autorce dzieł gospodarczych itd.
zob. Estr. XVIII, 335-337; Wielka Encyklop. XXXI–XXXII, 310-313 itd. itd.



Fasc. VII S. No. 385.

1

ad Num. 1450
194 praes. 12 April 800.

2-ten

Recursus Stanislai Sołtyk a resolutione reg. fori Nobil. Lubl. sub 24a Martii a: c: emanata, eidem administrationem bonorum post demortuam Annam Jablonowska denegatam.

Terminus

Status Causa

~~Stanislaus Sołtyk die 8a Martii a: c: in foro Nobil. Lublinensi petitum exhibendo, edocuit per litteras sepultura quod Anna Dna Jablonowska die 8a Februarii a. c. fatis cesserit, supplicando et asserendo quod cum sua Consorte ejus successores sint, supplicavit, ut in bonis Kock & Wysoka obsignatio substâa fiat, et erectio inventarii demandatur.~~

Proth. Makolski

Resolutio ad Num. 1450.

V.

Assignetur hic recursus regio foro Nobil. Lublinensi, pro praestanda desuper relatione sub termino 14 dierum, cui simul allegabit provocatum in resolutione dto 24 Martii a. c. petitum Alexandri Dni Sapieha, quo ille se ad gerendam erga cautionem administrationem substâa relicta obtulit.


Decret. die 22. April 800.


Traubenburg


Exp. 27 April 1800
a Cop. 21

Ad off. taxale 1 Maii
Ab — 3 —
Exp. — 4 —
Reg. 9556 Taxa . . . 40 xr
Postporto . . 2 fl. 48 xr
Sa 3 fl. 28 xr

Mund: Chojnacky 29. aprilis 800.
Coll. Kostowski







Fasc VII. R. N° 385.

3

ad Num 2237
345. praes 30 Maji 800.

regi forum Nobil Lubl. cui recursus Stanislai Soltyk intuitu constituti in persona Alexandri Dpis Sapieha Curatoris Substantiae post Dpem Jablonowska relictae, pro relatione comunicatus extitit, substernit recessum ejusdem Stanislai Soltyk per quem itaq. hic recursus superatur.

Votum.

Respondeatur reg. foro Nobil. quod hic recessus hujati notitiae inservierit, et vel ideo recursus cum allegatis restituatur, ut illum Stanislao Soltyk extradat.

Leopoli die 6. Junii 800.

Traubenberg

Attento Recessu Stanislai Soltyk a Recursu intuitu constituti in persona Alexandri Principis Sapiecha Curatoris Substantiae post Principem Jablonowska relictae interposito – Sub dato 23tia Maij a.c. huc Submisso, qui hujati notitiae inservit Recursus cum allegatis Stanislao Soltyk restituendus Cao Regio foro nob. in adnexo transmittitur – Dat. 6. Junij 1800

Ad off. taxale 13 Junii 800

N: 1861. ...
40
2 fl 48
15
3 fl 43

Cao Regio foro nob. Lublinensi


Recursus Sub No 1450 cum allegatis

Vidi 9 Maji 800
Traubenberg

Exp. 16 Jun 1800

Mund. 11 Junij

Relatio cu Recessu



Sue S. Ho 385.4

Excelsum Caes. Reg. Appellationum Tribunal!


Praesentes
Praeses de Pietruski.
Consiliarii Vrabetz.
Purtscher.
Gruszecki.
Friedenthal Refer.

N. 1.
N. 2.

Reaccludenda Recursum Stanislai Soltÿk, ctra constitutum in persona Alexandri Principis Sapieha Curatorem substantiae ab olim Anna Ppe Jablonowska relictae, interpositum sub N. 1. per exhibitum sub N. 2. recessum superatum Excelsi Tribunalis Mandato de 22. Aprilis a.c. satisfecit. — Datum Lublini die 23. Maji 1800.

Ignatius Lukaszy

coll





5

Excelsum Judicium!

Illis Mspicus Stanislaus Potlyk ab exhibi=
to ad Excelsum Appellatorum sub die
8va April a.c. a Resolutione Excelsi
Judicii ad Num 2984. emanata, Resolutio=
ne qua mediante Illmus Alexander Sapie=
ha pro administratore bonorum post
Annam Jablonowska relictorum constitue=
batur, Recursum reddit, et de hoc re=
cessu Excelsum Appellationum Tribu=
nal informari supplicat.

Josephus Fedowicz





2287

Prod: 10 Maji 800

4926.

Nro 2.

ad Nrm 2984/800.

Ad


Excelsum Forum Nobile Lublinense

JMus Stanislaus Sołtyk

A Recursu contra Resolutionem Excelsi Judicii, qua mediante JMus Alexander Sapieha pro Administratore bonorum post annam Jabłonowska relictorum constituebatur Recedit

In Duplo

519.



Praes. 30. Maij 800
N: 2237.

Ad

Excelsum Caes. Reg. Appellationum Tribunal

Relatio


Caes. Reg. Fori Nobilium Lublinensis


ad N: 1450 super Recursu Stanislai Saltyk contra constitutum in persona Alexandri Prpis Sapieha Curatorem substantiae ab olim Anna Principe Jablonowska relictae.

Alleg.

1. Recursus.
2. Recessus.

Friedenthal





ad Num 3151 / 544. praes 28 Julii 800 — Fasc. VII — S. H. 385 — 9

Recursus Francisci Dⁿⁱ Sapieha, Carolina de Sapiehy Soltikowa et Anna de Sapiehy Potocka pro reformanda resolutione reg. fori Nob. Lubl. in obj. dati introm. ad bona Wysokie et Zakrzew.

Prod. Ch:

L. Bar. Jablonowski

a dorso recursus
Nro 3151.

Ad off. fiscale 7 August
rb. — 8 —
Ch. — 10 —

N. 10315. Tax 40 Kr
Colla. 2. fl. 40 —
3. fl. 20 Kr

V. ⊕

Communicatur hic recursus erga futuram restitutionem regio foro Nobil. Lublinensi pro praestanda sub termino 14 dierum circumstantiali relatione, et enucleatione procedura circa pertractationem hujus Substantia sub adclusione actorum ad id facientium, prorsus vero exhibitorum sub Nro 5477, 5464 et 6607 ad quae relatio dtº 25 Junii a. c. emanavit.

Decret. die 4 Aug. 800

Trautenburg


Exp. 6. aug. 1800


ad Expedm.


murd die Bluest. an Sutter
Coll. Sokaschnik

Horny exp.
ex RT

8







3.

Ad N: 3853 de praes: 12. 7bris 800

Senatus I. Fasc. VII. Sue. S. N.o 385.

11

Caes: Reg: Foro Nobilium Lublinensi

[illegible]

25.ta Junij
E ott [illegible] a.c. intromissionem ad bona Wisokie et Zakrzew cum attinentiis pro Ru Principum Mathiae Stanislai, Janusii et Caroli Jablonowskich fratrum, salvis juribus quinti fratris Josephi decernente, tum subalterna

Resolvendo Recursum Successorum olim Annae Principis Jablonowska, utpote Francisci Principis Sapieha, Carolinae de Sapiehy Soltykowa, et Annae de Sapiehy Potocka, a Resolutione C. R. Fori Nobilium E ott 8. Julij a.c. edita /: qua mediante ad Remonstrationem Recurrentium, in objectis data intromissionis ad bona Wisokie et Zakrzew cum attinentiis Principibus Jablonowskie Reg: Foro Nobilium exhibitam, reponebatur: Reg: Forum decisam sub 25. Junij a.c. Principum Mathiae, Stanislai, Janusii, et Caroli Jablonowskich fratrum, salvis juribus quinti fratris Josephi, ad bona Wisokie et Zakrzew intromissionem sistere non posse, sed ipsos cum hac Remonstratione ad Resolutionem sub 25. Junij a.c. emanatam, atque praecommissam Camerario Gruszecki inventationem, aggregationem, que Substantiae defunctam Principem concernentis, inviari cum eo, quod iisdem liberum sit in quantum se vel per hanc decisionem laesos vel Summas in bonis Wysokie haerentes, et ad Substantiam defunctae Principis Annae de Sapiehy Jablonowska spectantes, sufficienti securitate provisas non esse crederent, omnia beneficia legis Cod: Jud: praescripta aggredi. /: hic Tribunalis interpositum, ad praestitam desuper sub 23. Aug. a.c. Relationem, Reg: Foro Nobilium intimatur: quod — quamvis Recurrentes omnem habeant conquerendi rationem, quod super petita intromissione, Jus Mathiae Jablonowski ad Bona Wysockie percepti non fuerint quia Bona Wysockie in Substantia post olim Annam Jablonowska relicta reperiebantur, Recurrentes vero Reg: Foro Nobilium tanquam haeredes jam noti fuerunt, adeoque illi semper consensum ad id dare debebant, ut pars haereditatis aliis personis extradatur, et addicatur; Nihilominus tamen utraque Resolutio praeattacta confirmetur, adeoque Recursui denegetur.

Reg: Forum Nobilium igitur — cui allegata Sua Relationis, tum illa Recursus querulantibus restituenda, accludantur — de hac Resolutione partes informabit, taxamque specificatam in 8duo exiget.

Dat: 22. 7bris 800

Brzowski [illegible]

Ad off. taxale 25. Septem.
[illegible]
[illegible]

N: 10728. Taxa 40 fl
Colo 8 fl 50 —
Exp. — — 15.
1 fl 27

Expedit 23 Sept.
Die 24 ad Expedit.

Vidi 23 7bris 800
Jaubenburg

accludantur allegata Relationis N.ro 3853 – 1. 2. 3. 5. 8.
Recursus N.ro 3151 – 1. 2. 3. 4. 5.
nota Taxalis
[illegible]

Mund: Chwynadj 24. 7bris 800
C: Mroczkowski

2. Relatio cum 5. allegatis

ad Num. 3853 praes. 12 7bris 800. Fas. VII Sui No 385.
Obs.

12

Regi forum Nobil. Lublinense exhibet suam relationem super Recursu Successorum Jablonowskiarum contra resolutionem regii fori Nob. Lubl. sub 8 Julii a. c. emanatam, et Dominos Jablonowskie intromissionem ad bona Wijsockie concedentem.

Pdtt.

## Status Causae.

Post fata Annae Principis Jablonowska sub 8a feb. subsecutus actus obsignationis in bonis Kock defunctae propriis, et in bonis Wijsockie per defunctam jure advitalitio possessis assumitur, simul vero Alexander Princeps Sapicha, Theophilae de Jablonowskie Sapicha, defunctae Sororis filius, ergo praestitam sufficientem cautionem pro administratore bonorum constituitur extitit, quia ille se unicus ad gerendam substantiae curam insinuavit, et heredes coeteri ignoti fuerunt.

Percepto dein actu obsignationis per Camerarium Deliszewski sub 23 Maji a. c. submisso, non tantum omnes heredes quorum sunt Numero 6 regi foro Nobil innotuerunt, verum Theophila de Jablonowskie Sapicha se in sub 23 Maji a. c. ad quartam partem substantiae pro herede declaravit.

Ulterius et quidem sub 13 Junii a. c. Matthias Dominus Jablonowski proprio et fratrum suorum mandatarii nomine exhibuit petitum, in quo probando quod defuncta Anna Jablonowska bona Wijsockie et Zakrzew a suo marito jure advitalitii possederit, quodque bona haec per subsecutam mortem nunc ad illos devolvantur, supplicavit ut illorum declaratio ad notam sumatur, eis addicatur et extradatur, coeterum in Camerario dispositio ut supplices tanquam heredes ad haec bona intromittat, et eo ideo interimalis administratio cesset.

Regium forum Nobil. nominem ex reliquis successoribus desuper percipiendo, illico petito huic detulit, teste allegato protocollo Consilii No 4. quod legatur.

Jam autem sub 8 Julii a. c. reliqui coheredes Annae Jablonowska nempe Franciscus Dominus Sapicha Carolina de Sapiehy Sollyhowa, et Anna de Sapiehy Dolska, regio foro Nobil. contra hanc intromissionem Dominorum Jablonowski ad bona Wijsockie exhibuerunt remonstrationem, qua exponunt, hanc resolutionem esse sibi praejudiciosam quia

1o illi super hoc petito, etsi iidem successores sint, percepti non fuere, cum tamen si percepti fuissent, ex deduxissent, quod super bonis Wijsockie ejusmodi jura haerent, quae nequaquam ad heredes Jablonowskianos devoluta sunt, sed ad heredes Sapiehy pertinent, praecipue

cum
2do probabunt, quod per demortuam ex bonis Wysocice 230000 fr: quae erant onera Dñi olim Jablonowski deportata fuerint, et quae nunc ex his bonis excidi & ad haereditatem attrahi dd; quam deportatam necum quidem nunc illico ob obsignatum archivum deducere nequeunt, jam vero se offerunt, praetensiones has in termino 14 dierum post resigillatum archivum deducere.

Qua de causa supplicant ut intromissio haec non aliter permittatur quam praevia cautione 200,000 fl. praestanda.

Jam cum regium forum Nobil: non attenta hac remonstratione tamen priori suae resolutioni institit, et vel ideo iidem heredes nempe Franciscus Dñs Sapieha Carolyna de Sapieha Soltikowa & Anna de Sapieha Potocka recursum exhibuerunt, in quo petitae Cautioni insistunt ex eo, quia bona Wysocice & Tokrecko tanquam speciali hypotheca pro deportatis inserviunt adeoque nec amitti nec desolari possunt, de caetero cum forum Nobil ad exhibitam remonstrationem eis respondit, quod illi semper libertatem habeant quoad providendam securitatem beneficia per Codicem ~~Jud~~ Judiciarium praescripta eggredi, exponunt in recursu, hoc beneficium nunc esse cassum, quia hoc modo in via Juris agi dd, id tamen fieri nequit, cum haereditas necdum ~~[illegible]~~ addicta sit, sed in pertractando existat, et eo ideo forum Nobil ad cautionem demandandam ad petitum coheredum teneatur.

Reg. forum Nobil super hocce recursu perceptum referrendo de integro cursu hujus negotii, institit sua decisioni, et credidit omnem perceptionem ~~de~~ ~~super~~ fuisse supervacaneam quia proprietas bonorum Wysocice ~~ad~~ a Dño Jablonowski unquam disputabatur, neque nunc disputatur, porro quia recurrentes nec minimum probant periculum cui bona Wysocice exponuntur.

v.

Censeo recursui interposito deneganduum, & resol reg. fori Nobil dto 3. Julii ai: confirmandam esse

Ex Motivis.

Nam etsi recurrentes omnem habent rationem conquerendi, quod super petita intromissione Dñi Matthia Jablonowski ad bona Wysocice percepti non fuerint, quia bona Wysocice in tabulâ post

~~[illegible]~~ additur hoc in decreto.

Annam Jablonowska relicta reperiebantur, recurrentes vero reg. foro tanquam heredes jam toti fuerunt, adeoque hi semper consensum ad id dare debuerunt, ut pars hereditatis, aliis ~~extra~~ personis extradatur & addicatur, Nihil ominus tamen Censeo hanc resolutionem ex eo confirmandam quia

1o Recurrentes ad ipsa bona Wysocko & Zakrzew titulo proprietatis nullas formant praetensiones, verum expresse agnoscunt, quod erant aviticitia ac olim Joannis Cajetani Jablonowski propria, quo defuncto nunc aviticiliter ad Matthiam Josephum Jablonowski ejusque fratres devolvuntur, et


2o nonnisi praetendunt, quod ex his bonis Summa 230,000 fl. ad Substantiam ut ita dicam allodialem comportanda sit, quia totonera maritalia nunc defuncta uxor ex suo peculio deportavit, Cum tamen

3o nequaquam probant aliquod periculum adesse quod amissioni vel deteriorationi bonorum Wysocko immineret, cum ob praetensiones ordinaria assequendas proprietariis administratio bonorum adimi nequit, cum et aliis viis ~~idem finis~~ non tam violentis idem finis assequi possit, Cautio praetensa vero 200,000 fl. praetensioni 230,000 fl. nullatenus conformis est, tunc petito et recursui deferri nequit.

Intimando itaque hanc resolutionem reg. foro Lublinensi restituantur allegata relationis Nro 1. 2. 3. 5. 8. et ex recursu Nro 10 qui hic asservetur, allegata restituantur sub Nro 1. 2. 3. 4. 5 & 7.

Sessio die 22. 9bris 800

Csaky(?) [signature]



Sue No 385

14

Excelsum Res. Regium Appellationum Tribunal!

Praesentes

Praesid. gerens ab Einberg

Consil. Wydzga

Partscher

de Friedenthal Ref.

Post fata Annae Principis Jablonowska die 8. Febr. a. c. in bonis Beresdow in Rusia Russia subsecuta actus obsigillationis in bonis Kock defuncta propius Camerario Paliszewski, et in bonis Wysokie advitalitiali sibi a Marito inscripto Jure per defunctam possessis Camerario Kruszecki praecomissus fuit, simul vero Alexander Princeps Sapieha Theophilae de Jablonowskie Sapiezyna defunctae Sororis filius, cum se unicus ad gerendam interea Substantiae curam insinuasset, eo tum heredes ignoti fuerint, et Regium Forum aliarum Capacem hujus interea Administrationis Virum non noverit, erga praestandam Cautionem, reddendumque Calculum pro interimali Administratore bonorum constitutus, quumve fidejussoriam ab Uxore inscriptam Cautionem omni exceptione ma.

665.

~~9733.~~

Col

uxorem hic Fori exhibuerat, co-
ntimatus, reliquisve Successorib.
libera inspiciendi Regestra atq.
Curatelæ invigilandi facultas
præsalvata fuit.

Contra hanc interimalis
Curatoris nominationem quidem
Dnus Stanislaus Soltyk se
opposuit, querelas in choroe Fo-
ro nec non Recursum sub Nro.
1450. in Excelso Appellati-
onum Tribunali, et delationem
contra Administratorem de ven-
ditis frumentis, et Sylvarum
excissione exhibendo, ast post
factum ab hocce Recursu de-
cessum plenarie dispositæ ab
hinc administrationi acquievit,
et ex actu inquisitionis ad su-
pradictam delationem per Came-
rarium Truszecki assumto pa-
tuit, quod frumenta ad dispo-
sitionem adhuc defunctæ par-
tim in solutionem debiti Com-
iti Mier obvenientis, et redi-
mendam Sequestrationem bono-
rum, partim ad extenuanda
Onera publica divendita fue-
rint, quodve Administrator
exscissionem omnem Sylvarum
strenue interdixerit, imo insi-
nuantibus se emtoribus introi-
tum ad Sylvas denegaverit;
quibus tali modo erutis ad-

15

„ministrator pro justificato ha„
„bebatur.

Sub praes. 15. Aprilis 1800
Principes Jablonowskie pete„
„bant, ut bona Wysokie ex
administratione eximantur, sibiqz
in possessionem tradantur, cum
autem tale petitum nullis suf„
„fulciebatur documentis sub
Resol. 17. aprilis a. c. resti„
„tuebatur.

Intermedio tempore Came„
„rarii paratam pecuniam et
argentum, tum pretiosa ad
Massam spectantia ad hujus
Depositum comportabant, imo
Camerarius Paliszewski actum
Obsigillationis in bonis Kock
assumtum sub N. 1o. adnexum
sub praes. 23. Maji a. c. ex„
„hibuit, de quo haeredes omnes
in Protocollo indicati informa„
„bantur; quumve ex actu Obsi„
„gillationis, tum processis Of„
„ficii Telonialis Lublinensis Re„
„quisitionibus patuerit, merces
extraneas in pretio circa 7000 fl.
in Substantia reperiri ad Requi„
„sitionem iteratam hujus Officii
telonialis Patentali suffultam
die 25. Junii a. c. Camerario
Paliszewski injungebatur, ut
hasce merces Delegato eatenus
ab Officio teloniali Individuo

1.

in depositum erga reversales in
specificatione exarandas tradat.

Sub praes. 23. Maji a. c.
Theophila de Jablonowskie Sa-
„piezyna declarationem de adeu-
„unda cum beneficio Inventarii
haereditate sub Nro 2. allegatam
et petitum pro addicenda sibi
quarta parte Substantiae sub
Nro 3. adjacens exhibuit; et cum
attento supradictis Camerarius
erigendum totius Substantiae
Inventarium praecommittebatur, ad
super petito sub Nr. 5463. Sup-
plicans ad eventum erigendae
praevie Substantiae Sororis suae
inviabatur; jam vero Princeps
Mathias Jablonowski suo et
fratrum suorum nomine intro-
„missionem ad bona Wysokie
et Zarzecze cum attinentiis per
defunctam jure aviatalitio pos-
„sessa petiit, et teste Extractu
Protocolli sub Nro 4. super
mox dicto petito sub Nr. 5.
accluso conclusum fuit, ut Cam-
„merarius Strusecki Principem
Mathiam Jablonowski Pleni-
„potentia a fratribus suis Jann-
„sio, Stanislao, et Carolo muni-
tum salvis juribus fratris Jo-
„sephi, a quo nullam habebat
Plenipotentiam, ad bona Wyso-
„kie cum attinentiis in basi
Schedae exdivisorialis petito

2. cu.

3. cu.

4. cu.

5. cu.

suo adnexa intromittat, de quo Successores informabantur.

Contra hanc conclusam intromissionem Recurrentes Re-monstrationem Recursus sub adnexam hic Fori porrexere, su-per qua ex motivis in Extrac-tu Prothocolli sub N. 6. ad-nexo contentis Resolutio, a qua modernus interponebatur Re-cursus, emanabat.

6.

In eodem objecto sub praes. 20. Julii a. c. Princeps Mathias Jablonowski petiit, quatenus Camerario Pruszerski praecomittatur, ut pecora in Wysokie reperibilia, et Lebetes cum Vasa ad destillandum necessaria sibi Dno Principi circa intromissionem tradat, et resolutum fuit die 20 Julii a. c. ut N. 7. Camerario prae-committendum esse, ut pecora, in quantum non privato de-functae Principis usui volup-tuario inserviebant, et stricte ad fundum instructum spectent, cum quoque Lebetes et Vasa de-stillatoria ad stabilitam pro-pinationem colendam imediate necessaria juxta comissum sibi nuper Prothocollum Separa-tionis Dno Principi tradat.

7.

Attamen Camerarius Pru-

szerski sub praes. 21. Julii a. c. ad Nr. 8 retulit, propter pecora

8.

et pecudes in bonis Wysokie in- ter intromittendum Principem Jablonowski, et Successores de- functae Principis Jablonowska dissidia subversari, simul vero Successores sub praes. 24. Julii a. c. petebant, ut pecora, Oves Equi, aliaque similia, tum res mo- biles in Wysokie existentes quae defunctae Principis propriae ad bona Kock transferantur, et interimalis Administrator ad reddendum de bonis Wysokie usque ad actum intromissionis Principum Jablonowskich Cal- culum adigatur, et super his petitis teste Extractu Protho- colli sub Nr 9. die 25 Julii

9.

1800 Camerario Gruszerski ac- curatissima indagatio, capta praevie vel ex Inventariis fundi, vel his deficientibus ex Dome- sticis, et vicinis informatione injungebatur, simulve inviatus est, ut Cautionem a Princi- pem Jablonowski pro fundo instructo inscribendam exigat sed huic Mandato nondum sa- tisfactum est.

Delineata tali modo ad Amussim Resolutionis de 4. m. c. procedura in negotio

Successionali post defunctam Principem Jablonowska penden-te quoad decursum sub Nro. 10. readnexum Excelso Tribunali obsequiose refertur.

10.

ad 2.dum Perceptionem Successorum defunctae Principis teste Extractu Prothocolli sub Nro. 4. provocato vel ideo praetermissam fuisse, quia non tantum ex actu Obsigillationis a Camerario Paliszewski assumto sed etiam ex Scheda divisoriali petito sub Nro. 5. citato adnexa sufficienter patuit, bonorum Wysokie proprietatem ad Principes Jablonowskie ex linea olim Demetrii Principis Jablonowski descendentes spectare, defunctamque Dnam Principem exstincto per fata sua Jure advitalitio ad ulteriorem horum bonorum possessionem nullum in Successores suos Jus transfundere potuisse, nullum proinde in Recurrentes praejudicium per resolutam intromissionem ferebatur, imo Principes Jablonowskie per protellatam a Judice possessionem in exercitio Dominii sui per fata Principis Jablonowska in plenarium, et indivisum accreti laesi fuissent.

ad 2. Recurrentes dicendo Substantiæ Sapiezovianæ in bonis Wysokie reperibili provi-sum non fuisse, præcomissæ Cam-merario Grużewski circa inventa-rium conficiendum Segregationis Massæ Successionalis à fundo instructo in bonis Wysokie re-linquendo oblivisci videbantur, nec per

3tium Recursus motivum, quod bona hæc pro speciali pignore deportatarum a defuncto Prin-cipe Summarum exposita sint, debilitatur resolutio, nam depor-tans onera, in Jure deportato successit, hypotheca proinde deportati tenens in bonis hæ-rentis semper eadem manet, cum nonnisi Creditoris persona mutetur, et nullum hisce Sum-mis iminet periculum.

4. Recursus argumentum præcissæ Cautionis, dicitsi, uti ex præmisso patet, quoad Summas deportatas imediate ne-cessaria non videatur, quoad fundum instructum per Princi-pem Jablonowski ex Concluso de 24. Julii a. c. inscribetur, et tali modo Securitati Recur-rentium etiam respectu Sub-stantiæ mobilis provisum erit.

5tum denique Recursus ar-

-gumentum, quod hæreditati acsi
jacenti Curator constitui de-
-buisset, plane talionem non
mereri videtur, cum Successores
noti, majorennes, et de subsecu-
-tis fatis cum invitatione ad le-
-gem de pertractatione Succes-
-sionum rite informati, itaque ju-
-ribus suis invigilandi ex omni
parte capaces sint, imo clau-
-sula Resolutionis Recurrentibus
libertatem relinquens, in quan-
tum se per decisionem recur-
-satam læsos, vel Summas in
bonis Wysokie hærentes et ad
Successionem spectantes suffi-
cienter securas non crederent,
beneficia Legis præsalvata ag-
-gredi, in favorem eorundem ad-
-jecta legitur, nam Judex qui
continuandam possessionem bono-
-rum Wysokie in evictionem de-
-portatorum Onerum ex officio de-
-cernere non poterat, saltem Jura
Supplicantibus præsalvavit.

Elisis hisce Recursus argu-
-mentis Excelso Tribunali Sup-
-plicatur, ut communicata abhinc ex-
-hibita ad N. 1. 2. 3. 5. 8. tan-
-quam circa pertractationem
Substantiæ necessaria quantocyus
restituere dignetur.

Ceterum N.ro 6507. in Re-
-solutione Excelsi Tribunalis exac-
-tus, cum sit Resolutio appella-

„toria sub N. 2237. super revo
„cato decursu Stanislai Soltyx
„eidem ad amussim Decreti resti
„tuto emanata, non accluditur.

Datum Lublini die 23. Aug. 1800.

Wittorff

praes. 12 Sept. 800
N: 3853.

A

Excelsum Caes. Regium Appellationum Tribunal Galliciae occidentalis

Relatio
Caes. Regii Fori Nobilium Lublinensis.

super Recursu Successorum Jablonowskianorum contra Resolutionem hujatem dto. 8o Julii a. c. interposito.

Allegata

N: 1. Exh. 5477. cum allegatis
2. " 5461. cum 2. allegatis
3. " 5463. cum 3. allegatis
4. Extr. Proth. de 25 Junii ad N: 6444.
5. N. Exh. 6444. cum allegatis
6. Extr. Proth dto. 8. Julii ad N: 7513.
7. Do. dto. 26. Julii ad N. 8203.
8. N: Exh. 8221.
9. Extr. Proth. dto: 1ma Aug. ad N. 8221. 8323.
10. Recursus

Friedenthal

9133.

Sub No. 385.

20

Extractus
Prothocolli Consilii
Sessionis die 25. Junii 800 in Ces. Regio Foro Nobi-
-lium Lublinensi celebratae.

Sub Praesidio
Illustrissimi Dni Praesidis Ignatii de Cietmski
assidentibus
Illmis Dnis Consiliariis
Weinting
Wrabetz
Borowski
Curtscher
Gruszecki
Friedenthal
Mro Secretario de Dostenberg

Proth. Consilii Illmo Comite a Dubna
Mro Aunl
Kayski adjuncto Proth. Exh.
Expediente et Prothocollante

Absentibus
Illm. Dnis Consiliariis
ab Ornberg cum licentia peregre
profecto
Wydzga cum licentia equi-
-dem profecto.
Mro Secretario Gelb aegroto
fine curandae valetudinis
Leopoli morante.

Ref. Illm. D. Cons. de Fridenthal.
Nr 6444.

de pres. 13. Junii 800

Petitum Mathiæ Prin=
=cipis Jablonowski suo et
fratrum Stanislai, Januarii
et Pauli nomine exhibitum
pro intromissione ad bona
Wysokie et Zarzeis cum
attinentiis per defunctam Prin=
=cipem jure advitalitio po=
=ssessa.

Dnus Consiliarius Referens
opinionis fuit, additionem he=
=reditatis in hoc petito exa=
=ratam ad notam sumendam,
jam vero petitæ intromissioni
ad bona Wysokie et Zarzecz
denegandum esse, ex ratione,
quia intercedit casus divisi
dominii, ubi proprie ius qu. d.
strictæ substantiam Dnæ ad=
vitalitialis convenit, a fundo
bonorum separari debet. prɶ=
=terea perpendi debet, quod etc.
si decreatur scheda divisiona=
=li sub lit. X. allegata, bona
Wysokie cum attinentiis in
portionem Successorum Deme=
=trii Jablonowski cessisse tamen
et Josephi Consuccessoris decla=
=ratio adesse debeat, quia De=
=metrius defuncti Joannis Ca=
=jetani Jablonowski bonorum
Wysokie heredis frater s

habuit filios, Mathiam Ja-
nussium, Stanislaum, Caro-
lum et Josephum, proinde omni-
bus hæreditas competit, quam
ob rem opinabatur Dnus Refe-
rens, Dnum Mathiam Prin-
cipem Jablonowski de hoc in-
formandum, et ad præviam Sub-
stantiæ inventationem invitandum,
præterea autem de fatis Dnæ
adviticitatis et disponenda
inventatione in bonis Wysockie
etiam Josepho Principi Jablo-
nowski notitiam per Forum
Leopoliense dandam esse.

Dnus Consiliarius Wein-
ling huic opinioni in eo ac-
cessit, ut petitæ intromissioni
ad præsens denegetur, et tan-
tum Supplicantes pro hæredi-
bus agnoscantur, et quidem ideo
quia se Supplicantes per de-
bita instrumenta pro hæredibus
legitimant, addictis tamen hæ-
reditatis, et intromissio in sus-
penso relinqui debet usque dum
Josephus Princeps Jablonowski
suam debitam declarationem
exhibuerit; cui adeoque terminus
6 Septimanarum eatenus dan-
dus esset cum eo, quod secus
in mora Substantia modernis
Supplicantibus addicetur, et
intromissio ad bona fine

cunctatione concedetur, Cui opinioni etiam Dnus Consi-
liarius Purtscher in eo accessit, ut, cum Supplicantes
sese qua heredes ad relictam Substantiam legitiment, ipsi
pro heredibus salvo jure cujuscunque tertii declarentur,
hereditasque ipsis addicatur eo addito, quod, postquam Mor-
tuarium persolverint ipsis liberum esset pro extraditione Sub-
"stantiae, et respective intromissione hic Fori instare, ex motivis,
licet Supplicantes ex divisionis Actum hujusce Substantiae pro-
"ducant, et in reliquo omnino pro heredibus sese legitiment,
tamen obstante jure advitalitio defunctae Principis ipsi
Substantiam nec effective manucapere poterant, nec hereditas
ordinate pertractari poterat, sed pertractatio Sub-
"stantiae usque ad expirium Ju-
"ris advitalitii suspendebatur,
quare demum cum morte defunctae Principissae Annae Ja-
"blonowska Jus advitalitium ex-
"spiravit, et cum mors ista modo primum successerit, Le-
"gium Forum ab ordinata pertractatione Substantiae nullatenus se eliberare potest, et
sic etiam nulla adest Ratio

mortuarium simpliciter remit-
„tendi, et quidem eo minus, ac
Supplicantes nullibi demonstrent
hereditatem hanc ordinate per-
„tractatam jam fuisse, cum ac-
„tus privatae exdivisionis or-
„dinatam pertractationem nulla-
tenus praeseferat.

Dni Consiliarii Wra-
betz, Brzozowski, et Gruszecki
autem opinabantur, ut reflexa
praecipue scheda divisionali
sub titi: P. allegata, et inta-
bulata intromissio ad bona Lisy-
„sowce et Zarzew pro de Sup-
„plicantium Principum Jablo-
nowskie concedatur;

Stante itaque paritate
in eo, quod trini Dni Con-
siliarii, nempe Friedenthal,
Weinling et Turtscher petitae
intromissioni ad praesens dene-
„gandum ex diversis tamen
quisque motivis crediderint,
trini vero nempe Dni de Wra-
betz Brzozowski et Gruszecki
intromissionem statim conceden-
dam esse censuerint, Illustris-
„simus Dnus Praeses Votis
Dnorum Consil. Wrabetz,
Brzozowski, et Gruszecki, ut
intromissio concedatur, accessit,
et ita prodit

Concl. p. diremta paria

Deferendo petitioni Dni Mathiae

Jablonowski suo et fratrum
Stanislai, Janusii et Caroli no-
-mine pro intromissione ad bona
Wysokie et Zakrzew cum at-
-tinentiis per defunctam Princi-
pem Annam de Sapiehy Ja-
-blonowska jure aviticalitis pos-
sessa supplicantis huc exhibito.

Demandetur Camerario Gru-
-becki, ut Supplicantes Dnos
Principes Jablonowskie ad bona
Wysokie et Zakrzew cum at-
-tinentiis per defunctam Prin-
-cipem Annam de Sapiehy
Jablonowska tanquam Here-
des salvis Juribus quinti fra-
tris Josephi intromittat, et
de peractis referat; De quo
Supplicantes, nec non quintus
frater Josephus informentur.

Ex Motivis

Quia Supplicantes Dni Prin-
cipes Jablonowskie Scheda divi-
-sionali in conformitate Man-
-dati Fori Nobilium Leopo-
-liensis condita, sub lit. Z.
in forma authentica allegata
et intabulata edocent, bona
Wysokie et Zakrzew olim Joan-
nis Cajetani Principis Ja-
blonowski defuncta Principissa
mariti haereditaria in portio-
nem Supplicantium cessisse;
cum porro Supplicantes Dni
Principes probent, se Successores

olim Demetrii Principis Ja-
blonowski, et defuncti Cajetani
Principis Jablonowski filiastros
praeter quintum fratrem Jose-
phum Principem Jablonowski
esse, cumque per intabulatio-
nem Schedae divisionalis jus
in re jam nacti sint, illudque
jus tantum obstante jure
advitalitatis defunctae Princi-
pissae inservienti exercere non
potuerint, quod jus cessante nunc
per mortem defunctae Pissae jure
advitalitatis in suum vigorem
redit, nullum restat dubium,
quin petitio Supplicantium
Principum, ut ad bona Wyso-
kie et Zarzec intromittantur,
salvis Juribus quinti fratris
Josephi Principis Jablonow-
ski deferatur, eo magis, ac
negotium hoc successionale
jam in Regio Foro Leopoliensi
pertractatum fuisse appareat,
ad effectumque finalis substantiae
divisionis jam deductum sit,
quod dcta Successio haec ab an-
tiquiori tempore Supplicantes
concernens jam actualiter exdivisa
sit, Supplicantesque Principes, testi-
bus Schedis divisionalibus ex Man-
dato Caes. Regii Fori Leopoliensis
conditis jam qua haeredes con-
stituti, jureque quaesito gaudentes
ad bona sibi vi divisionis
cessa eo magis intromittendi sint,
quod jus suum successionis fir-
miter legitiment, accedit haec

Substantia jam in anno 1764 in modernos Supplicantes devoluta, liste intromissione sub Lit. D. per annam Principem Jablonowska titulo collatæ sibi advitalitatis accepta taxa Mortuarii locum habere poterit, vel ne? questioni subjacet, quæ questio concessa etiam intromissione superari poterit:

Cæterum de dispositis etiam Josephus Princeps Jablonowski medio Fori Nobilium Leopoliensis erga reversales informetur, tum Successores Principissæ

Porro ad Commemorationem Dni deferentis de Fredenthal in eo factam, quod unius heredis, nempe Theophilæ de Jablonowskie Sapiehyna exhibita ad N. 5764. Declaratio de adeundum beneficio Inventarii hereditate sufficere videatur, ad disponendam Substantiæ inventationem, et quidem in præsenti casu eo magis, cum absentes quoque de domicilio ignoti intercedant Successores. fuit

Concl. p. 2ta.

Disponatur Camerarius Paliszewski et Druzecki assumendum totius Substantiæ per defunctam Principem Jablonowska relictæ hicce in oris Inventarium Camerario Paliszewski accludendo pro accellerando labore Consignationem rerum mobilium per eundem confectam, Camerario autem Druzecki dira.

-tur, ut circa inventandam in bonis Wysokie propriam de-functæ Dnæ advitalitialis Sub-stantiam in attendentia Mathiæ Principis Jablonowski, simul se-parationem a fundo successores ejus concernentis Substantiæ as-sumat; De quo idem Princeps simul informetur.

Utrique Camerario ad assu-mendum Inventarium detur ter-minus 6. Septimanarum, et de disposita inventatione informen-tur omnes Successores, Curator absentium, et Administrator bo-norum Alexander Princeps Sapieha.

Arrendatorius Prædii in Talczyna Possessor cum suo per Camerarium Paliszewski submisso petito pro manutenen-da arrendatorea possessione ad Dnum Administratorem Princi-pem Sapieha invitetur, is enim totam in se habet dispositio-nem Oeconomicam bonorum, præterea ille Contractus locati conducti adhuc stante Vita defunctæ Dnæ Principis de prædio sibi proprio inclus fuit, a massa itaque illæsus manere debet.

Thom: Raysky
Adjunctus Proth: Exhib:

N^rus^ 4.

Sub. N.ro 385

25

Extractus
Prothocolli Consilii
ex Sessione
In Cæs. Regio Foro Nobilium prov. Lublinensi
die 8a Julii 800 celebrata
Sub Præsidio
Illustrissimi ac M.ci Domini L. B. a Wittorff
Cæs. Regii Fori Nobilium Lublinensis Præsidis
Assidentibus
Illmis Dnis Consiliariis
de Wydzga
Wrabetz
Brzozowski
Purtscher
Grzegorski
Friedenthal
M.co Secretario de Dostenberg
Illm. Proth. Consilii Comite
Bubna
M.co Proth. Consilii Auxil.
Expediente una ac Protho.
collante Cancellista Antonio
Kobrin

Absentibus
Illm. Dnis Consiliariis
ab Einberg cum licentia
Weinling circa comissiones oc.
cupato
M.co Secretario Pelb fine cu.
randæ valetudinis Leopolim
profecto.

Des Illm. D. Ecus. de Fridenthal
Nr. 7513
de praes. 8o Julii 800

Franciscus Princeps Sapieha, Paulina de Sapiehy Pollyxowa, et Anna de Sapiehy Potocka remonstrant contra decisam Principum Jablonowskich ad bona Lysoxie, et Zaxiczo intromissionem, petendo, ut haec intromissio non aliter, nisi erga cautionem 200000 fl. rh. concedatur

Pon. Illu.
Cum Supplicantes non diffiteantur, defunctam Dnam Annam Principem Jablonowska bona Lysoxie Iure tantum advitalitio possedisse, haereditatem horum bonorum autem vigore exdivisionis Substantiae post olim Cajetanum Principem Jablonowski relictae, Leopoli die 8. Febr. 1799. celebratae et in actis Leopoliensibus inductae, ad Principes Jablonowskie spectare, et nuper in consilio perpensis Circumstantiis decisum fuerit, quod alterata inventatione vel segregatione Substantiae post defunctam relictae a fundo instructo bonorum camerario praemissa, nullum respectu hujus mobilis Substantiae adusque sub cura administratoris existentis periculum

Supplicantibus immineat, Summæ a bonis Wysokie per defunctam Principem deportatæ Substantiam mobilem sequantur, et Administratoris sit obligatio, casu quo Massa periclitaretur, officio suo fungi; hinc iisdem Supplicantibus in vim desolutionis significetur, degum-[illegible]orum Nobilium eatenus jam suo Officio functum esse, proin a desoluta sub 25. Junii a.c. Dominorum Principum Jablonowskie ad bona Wysokie et Zakrzew intromissione jam amplius recedere, eandemque sistere non posse, sed eosdem ad præfatam desolutionem dto 25 Junii a.c. emanatam, et præromissam ibidem una Camerario Gruszecki Substantiæ post defunctam relictæ a fundo bonorum segregationem inviari, in quantum autem iidem vel hanc decisionem sibi læsivam crederent, vel Summas in bonis Wysokie hærentes et ad Substantiam defunctæ Dnæ Principis spectantes sufficienti securitate provisas non adinvenirent, ipsis liberum esse, beneficia Legis aggredi.

Antonius Kobsin[illegible]
Cancel.

Nues 6.

Extractus
Prothocolli Consilii
ex Sessione
In Caes. Regio Foro Nobilium prov. Lublinensi
die 21. Julii 800 celebrata
Sub Praesidio
Illustrissimi Domini L. B. a Wittorff Caes. Regii
Fori Nobilium Lublinensis Praesidis

Assidentibus
Illmis Dnis Consiliariis
de Wydzga
Wenling
Wrabetz
Brzozowski
Kutscher
Gruszecki
de Friedenthal.
Mro Secretario de Dossenberg
Expediente
Illm. Proth. Consilii Comite
a Bubna.
Mro Proth. Consilii Kinl
Prothocollante Cancellista
antonio Kobsin.

Absentibus
Illmo Dno Consiliario ab Einberg cum
licentia
Mro Secretario Gelb fine
curandae valetudinis suae Leo-
poli comorante

Sequens Exhibitum ex dispositione Excelsi Praesidii, votantibus Illmis Dnis Consiliariis de Friedenthal deferente, Weinling, Wrabetz Brzozowski et Druszczki Die 20. Julii a. c. circulando relatum est.

Des. Illm D. Cons. de Friedenthal
N. 8203.
de praes. 20 Julii 800

Mathias Princeps Jablonowski petit, Camerario Druszczki ad peragendam intromissionem Principum Jablonowskich in bona Wysocie delegato praecomitti, quatenus etiam pecora ibidem reperibilia et lebetes, tum vasa ad distillandum dictis Principibus tradat.

Ex Votis Illmorum Dnorum Consiliariorum de Friedenthal deferentis Weinling et Wrabetz

Concl. p. Un.

Cum neminem rei oeconomicae peritum lateat, pecora, in quantum ad colendos agros, ceteramque Oeconomiam se referunt, et non solum possessoris voluptati inserviunt, uti et lebetes tum vasa ad curandam in bonis propinationem necessaria ad fundum instructum spectare; hinc inhaerendo jam nuper conclusae intromissioni, praecomittatur Camerario Ignatio Druszczki, ut pecora in Bonis Wysocie, et praediis ad haec bona spectantibus

repenbilia, in quantum non pri-
vato defuncti Dni Principis
Heri voluptuario serviebant,
tum Lebetes et vasa ad colendam
in bonis propinationem necessa-
ria Dnis Principibus Jablonow-
skie juxta Prothocollum sepa-
rationis sibi nuper praemissum
tradatis; De quo Supplicans Dnus
Princeps Jablonowski uti et
administrator Dnus Princeps
Sapieha eo addito informentur,
quod Dno Administratori aut
haeredibus, in quantum Massae
ius quoddam ad ea pecora,
tum vasa distillatorea compe-
tere credant, sua via agere sal-
vum maneat.

Illmus Dnus Cons. Bro-
Zowski separatim credidit, quod-
cum notum sit, persaepe etiam
in his oris possessionem bonorum
simplicem sine pecoribus, id est
sine Inventario sic dicto adeoque
fundum non instructum tradi,
et recipi, in quantum itaque in
casu praesenti instructus, aut
non instructus Dno Principi
Jablonowski tradendus esset,
ex jure petendi, id est, ex do-
cumento exdivisionis inter filios
Demetrii Jablonowski initae erui
debere — modus desolutionis
pro praesenti petitoe ex illo do-
cumento, in cujus fundamento
intromissio Supplicantis conces-
sa fuit, repetendum est.

Nrus 7.

Illmus Dnus Consiliarius
Truszczevski autem existimabat, Re-
solutioni Regii hujus Fori No-
bilium ad Camerarium Ginszczra
in eo editae, ut res cunctas (:
ad quae etiam debites et perona
spectant:) morte olim Princip-
ssae Jablonowska relictas segreg-
et magis standum esse, ac illa
desolutione comprehensum omni-
no sit, quid cuivis competat, e
minime sequatur, ut necessita-
tem fundi instructi in Substa-
ntia Jablonowskiana, Substan-
tia defunctae Principis Sapie-
zyna suppleat.

Tandem Illustrissimus Do-
minus Praeses pro voto suo opi-
nabatur, Camerario injungen-
dum esse, ut ex personis noti-
tiam habentibus eruat, quid
defuncta Principissa aggrediens
possessionem Jure advitalitiali
nomine fundi instructi in boni
ad nunc Principi Jablonowski
traditis deprehenderit, idque et-
iamdum circa bona relinquat
reliquum segreget.

Antonius Robsin
Cancell.

Sue [illegible] 385.

29

Extractus
Prothocolli Consilii
Sessionis die 1a Augusti 1800 celebratae
Sub Praesidio
Excellentissimi ac Illustrissimi Domini L. B.
a Willdorff
Caes. Reg. Ton Nobilium Publinensis Praesidis

Assidentibus
Illmis Dnis Consiliariis
de Wydziga
Weinling
Wrabetz
Brzozowski
Partschek
Grabczewski
Friedenthal.
Mo Dno Secretario de Dostenberg Expediente
Illmo Dno Proth. Consilii Comite a Bubna.
Proth. Consilii Heinl Prothocollante.

Absentibus
Illmo Dno Cons. ab Einberg cum licentia absente.
Mo Dno Secretario Zelbl Leopoli comorante.

Sequens Exhibitum penes Dnos Consiliarios de Friedenthal, Weinling, Wrabetz et Partschek circulavit et die 25. Julii a. c. resolutum exstitit

Des. Illm. D. Sens. de Friedenthal
N.º 8221.
de pres 21 Julii 800

Camerarius Bruszewski refert,
se segregationi Substantiae a
fundo bonorum Wysokie instructo
accingere nondum potuisse, quia
respectu pecorum, et pecudum
inter Successores defunctae Prin-
cipissae, tum Principes Jablonow-
skie ad bona Wysokie intromis-
sos desidia subversantur, alle-
gatque Extractum tabularem
testamenti olim Cajetani Prin-
cipis Jablonowski, ubi passu
4to omnes res mobiles defunc-
tae Principi legatas fuisse con-
spicitur, porro adnectit originale
defunctae Principis Scriptum de
13 Julii 784, ex quo apparet,
eandem 43 Vaccas, 4. boves
et duos (: Baywoly :) dictos
ex bonis Kock ad bona Wy-
sokie pelli curasse.

Conn. N.ri 8323
de pres 24. Julii 800

Franciscus Princeps Sapieha,
Carolina Soltykowa, Anna
Potocka, Theophila Jablo-
nowska Successores defuncti Prin-
cipis Jablonowska petunt, ut
pecora, oves, equi, aliaque his
similia, tum res mobiles in
Wysokie existentes, quae de-

-fundo Principis propriè ad bona Koox transferantur, et Princeps Sapieha administrator ad reddendum de proventu bonorum Wysokie usque ad perceptam Principum Jablonowskich ad eadem bona intromissionem percepto calculum adigatur.

Ex Votis Dni Cons. Deferentis, et de Wrabetz, collimante his Voto Dni Cons. de Weinling fuit

Concl. S. Maj.

Licet passus 4tus testamenti olim Cajetani Principis Jablonowski clare demonstret, res mobiles Annae Principi Jablonowska legatas ac donatas fuisse, cum tamen inter has fundus instructus bonorum Wysokie comprehendi non possit, quia ille est appertinens bonorum, et nostrae quoque leges in eo conveniunt, quod sit pars substantiae immobilis; hinc dubium non est, huic, cui bona Wysokie competunt, etiam fundum instructum horum bonorum competere, cum tamen hic quaestio subversatur quid et quantum titulo fundi instructi bonorum Wysokie comprehendatur, et cum jam ad praesens dissidiae inter Successores oriantur; hinc caute procedendo, ad praecomissam nuper Camerario Gu.

-scoxi Cautelam, ut ea tantum
pecora, quae ad fundum instruc-
tum spectant, Principi Jablo-
nowski tradat, id addatur, ut

a.) praevie omni conatu sci-
citetur, an non post fata Cap-
itani Jablonowski, quod de legi-
patria moris erat, Inventarium
ante vel circa intromissionem
Dnae aviticalitalis ad bona Wy-
soxie erigebatur, praehabito
tali Inventario Camerarius fa-
cillimum haberet laborem, vesti-
gia ejusdem sequendo

b.) casu quo tale Inventari-
um non adesset, Camerarius
omnia in bonis Wysoxie repe-
ribilia pecora et suppellectilem
ad fundum instructum spectantem
detaxari curet, ut casu quo
suo tempore Jus Successorum ad
hunc fundum instructum evince-
retur, pretium nulli subsit dubio

c.) Casu non existentis talis
recensiti Inventarii, Camerarius
inductur, ut praeviam a domesti-
cis et vicinis capiat informatio-
nem, quae pecora, quaeve suppel-
lectilia oeconomica defunctae
Principissae fuerint propria, et
hoc demum citatam Resolutio-
nem Regalem exequatur, pro
quo fine etiam Camerario scrip-
tum defunctae Principissae respe-
ctu pulsi ex bonis Kobr ad bona
Wysoxie pecudis erga testim.

-tionem accludatur.

Denique cum Principes
Jablonowskie in suo nuperrime
petito Cautionem dandam ob-
tulerunt, ne itaque ex ulla parte
Successoribus praejudicetur, or-
dinetur Camerario, ut talem
ab illis inscribendam et actis
proprii districtus inducendam
Cautionem pro fundo instructo
bonorum Wysokie post fata
Dnae Advitalitialis invento, sibique
per Camerarium juxta Consi-
gnationem tradito in rem Succes-
sorum olim Dni Principis exa-
randam exigat, eamque cum suo
Operatu huic Foro exhibeat;
De his informetur Mathias
Princeps Jablonowski Admi-
nistrator et Successores Sub-
stantiae.

Quoad Calculum Dni
Sapieha ordinetur, ut, cum
alioquin cum obligatione red-
dendi Calculi pro administra-
tore constituebatur, hunc sepa-
ratim de proventibus bonorum
Wysokie a fatis defuncti
Principis usque ad Actum intro-
missionis Principum Jablonow-
skich die 18. Julii a.c. in-
tra 4. Septimanas exhibeat,
De quo partes Supplicantes
informentur.

Dnus Consiliarius Weinlin
accessit in toto, attamen quoad
punctum sub Lit. C. in casu
si deferrent Inventarium quoad
pecora, quæ defunctæ Principissæ
Jablonowska propria esse dicuntur
ea tandum conscribenda, detaxan-
daque esse credidit, et erga Cau-
tionem Principis Matthiæ Jablo-
nowski in ejus manibus relin-
quenda, donec eruitum fuerit, quæ
fundum instructum simul consti-
tuant; id enim non probat
proprietatem horum pecorum
ad Successores Principissæ de-
functæ spectare, quæ illa ex
Korzec ad Wysocie misit, quia
ipsa qua Usufructuaria bono-
rum Wysocki de conservando
fundo instructo sollicita esse
debuit, et si pecora ex fun-
do instructo bonorum Wysocki
erant vendita aut perierunt,
tum Principissa necessario alia
ex bonis suis aliis eo mittere
debebat; hinc quod supplevit
pro conservando fundo instruc-
to bonorum Wysocki, hoc ejus
erat obligationis sine jure for-
mandæ prætensionis ad hæredes
bonorum eorundem; quod vero
fundum instructum excedit ra-
tione pecorum, hoc si erutum
fuerit, certe Successoribus de-
functæ Principissæ restituendum


erit, cum nemo ex re aliena locupletari debeat, sed hoc primo "ennerendum erit – dixit, neculterius damnum esse pro Succes"soribus Principissae, si omnia pecora erga Cautionem Mathiae Principis Jablonowski ad interim in ejus manibus maneant, quia utique heredes et proprietarii bonorum Wysokie mutuam habent praetensionem contra Successores Principissae Jablonowskae ex interimali administratione bonorum Wysokie, et ex proventuum relatae ad haec bona perceptione.


Dnus Consiliarius de Purtscher stante jam primaevo Conclusio, ut Principes Jablonowskie ante pertractatam totam Successionem in partem hujus intromittantur, et perinde totum opus successionale dilaceretur ita ratiocinatur: bona Wysokie in Massa olim defunctae Principissae relicta non erant ejusdem propria, sed solummodo advitalitia assumto jam eo, quod illa pro re Principum Jablonowskich ex Massa erant excisa tanquam ad ipsos jure hereditatis, nihil est magis naturale, quam ut isti Principes bona ita recipiant, prouti Capitanus Jablonowski

talia Dominæ advitalitiali defunctæ Principissæ reliquit, quam vero desuper legels pa-triæ utique medelam statue-runt, injungentes videlicet Dnis advitalitiatibus Inventarium re-dictæ totius Substantiæ mobilis intra certum tempus conscri-bere, et adjurare, tale itaque Inventarium utique adesse debet, et si adest, Camerarius simpli-citer eadem mobilia, id est in eadem qualitate et quantitate Principibus Jablonowskie tradat prouti in dicto Inventario con-tinentur (: eadem enim mobilia in natura nunquam tradere potest, quia usufructuarius solummodo tantundem non vero idem restituere tenetur :) sin autem tale Inventarium non adesset, extunc Camerarius simpliciter omnia mobilia, prouti in bonis sunt, nihilo ex-cepto, Principibus Jablonow-skie tradat, Successores enim Sapiehy culpam suæ Ante-cessoribus Inventarium adjura-tum erigere negligentis ferre debent, et ipsis nihil aliud restat, quam in via Juris ea mobilia repetere, quæ sua esse credunt. In reliquo si-miter partes lis in eo obser-vantur, utrum hoc vel illud

Incrementum, qua incrementum
haereditatis, vel vero ususfruc-
tus spectari debeat, hoc Sta-
tim per Camerarium in clarum
deduci nequit, sed ejusmodi res
litigiosa est juxta leges ter-
tio alicui tradenda, et par-
tes ad viam Juris inviandae, pro-
uti quaestio illa ad viam Ju-
ris pertinet, si Successores
Sapiehy in rebus illis, quae Prin-
cipibus Jablonowskie tradendae
veniunt, meliorationem aliquam
acsi a defuncta factam vindi-
care vellent.

Reinl
Kroll. Cons.





3853

Pièces 9.

Sue No 385

35

# Excelsum Tribunal!

Hæredes Substantiæ fatis sterilibus Annæ de Sapieh
Principissæ Jabłonowska relictæ, utpote: Franciscus
Princeps Sapieha, Carolina de Sapiehy Sołtykowa, et
Anna de Sapiehy Potocka Resolutione Exc: Fori Nobil.
Lubl. hic sub ./. simul cum Remonstratione ejus
allegatis adnexa, gravati se sentientes, in termino
legali Recurrunt ad Excelsum Tribunal pro refor-
matione ejusdem Resolutionis ex sequentibus mo-
tivis: =

1mo Quia licet objectum quæstionis sit Successionale, et
Judex ex Officio procedere possit, tamen dum Admini-
stratio super Bonis Wysokie Alexandro Principi Sa-
pieha per idem Judicium commissa fuerit, ideo In-
missio Principibus Jabłonowskim absq. perceptione
Administratoris aliorumq. Hæredum dari non debue-
rat, atqui taliter data est, ergo evidenter cum præju-
dicio Recurrentium —

2do Quia Substantiæ Sapiehovianæ in Bonis Wyso-
kie reperibili provisum non est, et hæc Substantia
non ad Principes Jabłonowskie, sed ad Recurrente[s]
directe pertinet —

3tio Quia Bona Wysokie cum Adinentiis sunt pro spe-
ciali pignore deportatarum per Aditalitialem Posses-
sricem Summarum exposita, ita ut hæc Bona nec
amitti, nec dessolari debeant — Tandem


4to Dum eo fine Remonstratio a Recurrentibus Exc.
Foro Lubl. exhibita fuerit, ut Principes Jabłonow-
skie prævia Cautione ad Bona Wysokie et Zakrzow
cum Adinentiis intromittantur, et Exc: Forum huic
tam justæ Petitioni non detulit, inde Summum Gra-
vamen adversus Recurrentes causavit — Ceterum

5to Clausula Resolutionis libertatem Recurrentibus re-
linquens, quo ad providendam securitatem beneficia
Lege Codicis Judiciarii præscripta aggredi non est suf-
ficiens, quia hæc modo primum in Via Juris assumi
potest, ubi in tali casu et Curator constitui deberet,
qui tamen constitutus non est, jam autem in objecto
præsenti est Casus, quod necdum addicta habeatur
hæreditas

hæreditas, ergo Massa est jacens, adeoq Hæredes active procedere nequeundo Remonstratione tantum de Periculis Massæ Judicium informant, quod Judicium ex Officio Securitatem providere tenetur — Hinc Remittens ad assumenda Beneficia Codice Judiciario præscripta indirecte Recurrentes ad viam Juris relegavit, ubi et inde gravamen ejusdem intulit —

Quapropter præmissis deductis, Supplicant Recurrentes Excelso Tribunali, Resolutionem recursatam reformari, atq Principibus Jablonowskie Intromissionem, ad Bona Wysolie et Zahrzew prævia Cautione, dandam, resolvi.

Josephus Fedorowicz



præs: 13 Augusti 800

9133

Communicatur hocce Recursus erga futuram restationem regio foro nobilium Lublinensi pro præstanda sub termino 14 dierum circumstantiali relatione, et enucleatione procedure circa pertractationem hujus Substantia sub adclusione actorum ad id facientium, præcipue vero exhibitorum sub N: 5477, 546 et 6607. ad quæ relatio Ao 25o Junii a: c: emanavit. – Decretum in Consilio Cæs: Regii Appellationum Tribunal: Gal: Occidentalis. Cracoviæ Die 4 Aug: 800. – Schneider

1/2 Log

N: 10315. Taxa 1 fl 4 kr
Posta 2 fl 10
6 fl 3 / 20 kr

Ch. 10 Aug.

p Reln

Coto

1196.

præs: 28. July 800.

385

N: 3151.

Nrus 10.

Ad
Excelsum Cæ Rm Gall: Occidentale Universale Appellationum Tribunal.

Infrascr: Francisci Principis Sapieha, Carolinæ de Sapiehy Sottykowa et Annæ de Sapiehy Potocka


Recursus.


Pro reformanda Resolutione Reg: Fori Nobilis Lublinensis in objecto datæ Intromissionis ad Bona Wysokie et Zakrzew Principibus Jablonowskie

Cum Allegato /.

p Fiedorowicz Adv.

116 Aug





Fasc: VII S № 385.
38

ad Num 5483/981. praes 22 Xbris 800

Advocatus Krotowicz in nomine Sui Mandantis Alexandri Dni Sapieha supplt medio petiti ad Excellentissimum Dicasterium directi, ut ejus infra referendus Recursus etiam extraordinem referratur, et quia apertum ei damnum ex resolutione recurr. cuota imminet.

Praes

ad Num 5502/983. de praes 23. Xbris 800

Recursus Alexandri Dni Sapieha contra resolutionem reg. fori Nobil. Lublin. ddo 9a Xbris a. c. vi cujus occasione petiti Dominorum Ezdakiń pitoseque standorum bonorum Kock in ordine contra Dominam Dnam Jablonowska evicta quota 87500 fl. Capitalis nec non similis sa provisionalis, et occasione facta per Recurrentem remonstrationis, ut ab hac sequestratione praedium Bialobrzegi, quod recurrens medio Contractus in actis publicis inserti, in obligatoria possessione tenet, eximatur, decisum fuit, quod hac exemplio locum non habeat.

Supplt itaq. recurrens ut resolutio quoad hunc passum reformetur, jam ante ob imminens irreparabile damnum executio resolutionis sistatur, hujus vero decisio Advocato Zarzycki pro ulteriori promotione tradatur.

De 23 Xbr 1800
Statim
ad Expedm

a dosso recursus
Nro 54 5502

Ad Fiscale 23 Decem
ab — eodem
Sh — eodem

N: 427. Anno 40 L
Cahl. fol. 2-

Expeditura quoad hanc Expeditionem dicato Advocato Zarzycki quod ille Lublinum promoverit promotia
fit Sach

Resol.


Resignatur hic Recursus reg. foro Nobil. Lublinensi erga futuram restitutionem, pro praestanda desuper sub termino 14 dierum necessariis actis instructa relatione, eo addito, ut resolutionem sua, quoad passum recursuatum, executionem usque ad ulteriorem hujatem decisionem suspendat, et de hac suspensione excitationis Alexandrum Dnum Sapieha informet.

decret. die 23 Xbris 800

Brandenburg

Mund: Soczynski 23. Xbr. 1800.
G. Fiala

Petitum



~~No Civ. L. A. a 1790~~

Sne ~~N~~ 385. 39

Excelsum Presidium.

Alexander Princeps Sapieha in Negotio sat momentoso Resolutione Sacri Regii Fori Nobilis Lublinensis gravatus Suum eatenus Recursum ./. Substernit enixissime Supplicando ut Spectato quia in Objecto in quo de Lege Appellatio pateat, Recurrens in contrarium Legis Executionem post primi Judicis Decisionem patiatur, etiam extra Sessionem petita Executionis Suspensio decidatur, alias enim plura evenirent damna prouti Ipsa turbatio ex Possessione quae nec compensari quoquo modo possunt. ——

981.

Kretowicz Paris

54183

ad Manus par Staffete

Excellentissi Cōo Rgi Appellationum
per Galliciam Occidentalem Universa
lis Tribunalis Praesidis

Cracoviae

ad 40a

40


praes. 22 Xbr. 806
No. 5483.

ad

Excelsum Praesidium

Caes. Rgi. Appellationum Universalis per Galliciam Occidentalem Tribunalis

Urgens Recursus ad No. 1409. &c.



Fasc: VII. S. No. 385.

ad Num 5587 / 995.  pass 29 Xmbris 800.

42

Recursus Successorum olim Anna Dnu Jablonowska & Alexandri Sapieha contra resolutionem reg. fori Nob. Lublin. dd. 3. Xmbris a. c. puncto Sequestrationis bonorum Kock, & constituti Felicis Chilinski pro sequestro.

Praes. Terminus

Sol.

Communicatur hicce recursus erga futuram restitutionem reg. foro Nob. Lublinensi pro praestanda eatenus relatione actis necessariis instruenda sub termino 14 dierum.

Decret. die 7 Januar. 801.

Craubenburg


Red. ost. taxale 13 Januarii
…l ——— 15 —
…th ——— eodem


N: 550. Taxe 40. x
Porto 1 fl. 24 —
2 fl. 4 x

Ex 11. Januar.
et Exp. eodem

Mund: Chrynaily 12. Januar. 801.
Coto Sochyński

3.





Su: 785.

Sincto Fasc VII Sue No 385

44

Ad N: 206. de praes: 12. January 801
= ~~790. de praes: 16. Febr. 801~~

790.

Cas: R. Foro Nobilium Lublinensi

Ad off taxale 27 Februarii

4. Martii

1.S.L. Resolvendo recursum Alexandri Principis Sapieha, in causa cum Successoribus Theresiae Principissae Jablonowska, videlicet Michaele Wielohorski, Michaele Czacki, et Cunegundi a Principibus Sanguszki Czacka qua matris tutricis prolium cum Francisco Czacki procreatarum, puncto sequestrationis Bonorum Kock cum attinentiis [F] agitata, ~~[illegible]~~ a resolutione C. R. Fori Nobilium Lublini: dd 3. Xbris a. el. edita, qua mediante petita sequestratio bonorum Kock cum attinentiis, in satisfactionem summarum 87500 fl. et iterum 87500 fl. tum 125 flhen: 29 Kr, Decreti [C.R.] Appellatorii ~~et~~ et R. Fori Leopoliensis die 12. Febr. 794 et 16. Juny 794 adjudicatarum, concessa et sequester in persona Feliciani Chylinski constitutus, porro ~~[illegible]~~ praedium Bialobrzegi cum Rozniowice ad Bona Kock spectans, a quaestionis sequestratione eximi non posse, aut d. Principi liberum relinqui jura sua in ordinaria via juris prosequi, resolvebatur, hic Tribunalis interpositum, ad praestitam desuper sub 27. Xbris a. el. relationem, C. R. Foro Nobilium intimatur: ~~[illegible]~~ resolutionem [ejus] eo reformari: quod a sequestratione bonorum Kock cum attinentiis per Successores Theresiae Princip: Jablonowska pto 87500 fl: c.s.c. petita, praedium Bialobrzegi cum Rozniowice excipiatur.

F post olim annam Principem de Sapieha Jablonowska relictorum,

Vid: 24 febr 801

Braakenburg

N: 875 Praes 400
Coll fl 30
Exp 15
Exp 5

F quoad passum recursuatum, nimirum denegatam exceptionem praedii Bialobrzegi et Rozniowice,

Ehrenreich 25 do
[illegible]

Sua proin resolutio, sub acclusione allegatorum recursus recurrenti restituendorum, nec non allegatorum relationis, et motivorum decidendi, C. R. Foro Nobilium eo mandato intimatur, ut de ea partes informet, et taxam connotatam exigat.

acclusatur allegatum relationis ex No 206. sub 1. cum subalegatis
allegata Recursus No 5502 sub A. B.
motiva decidendi
nota taxae

Dat: 21. Febr. 801

Motiva decidendi

Ex quibus, ad recursum Alexandri Principis Sapieha, in causa cum Successoribus Theresiae Principissae Jablonowska, videlicet Michaele Wielohorski, Michaele Czacki, et Cunegundi de Sanguszki Czacka, qua tutricis prolium cum Francisco Czacki procreatarum, puncto sequestrationis bonorum Kock ~~ag~~ cum attinentiis agitata, Resolutio R. Fori Nobilium Lublini: dd 3. Xbris 800 edita, hic loci sub 21. Febr: 801 reformata est.

Scribantur ex Protocollo consilii

ad Nrum 790 de praes 16 febr 801

Cas: Reg: Foro Nobilium Lublinensi

~~Ad relationem~~ Super recursu Successorum Annae Principis Jablonowska, in causa cum Successoribus

Mund: 26ta Februarii 1801 Sikorski
Coll Zapalski

5686 Relationes sine cum [illegible] allegatis

Theresiae Principis Jablonowska, scilicet Michaelis Wielohorski, Michaelis Czacki, Cunegundi de Sanguszki Czacka, qua matris Tutricio, prolium cum Francisco Czacki procreatarum, puncto Sequestrationis bonorum Kock cum attinentiis agitata — hic Tribunalis a Resolutione R. Fori Nobilium dd 3. Xbris 800 emanata, interpositam p. qua mediante decisum fuit: petita sequestrationi Bonorum Kock cum attinentiis, in satisfaciendum Summarum 87500 fp et iterum 87500 fp tum 125 flhm: 39 Xr, Decretis C. R. appellatorii hujatis et R. Fori Nobilium Leopoliensis dd 18. Febr. 1797 et 16. Junij 794 adjudicatarum, locum dari, et Felicianum Chylinski qua Sequestrum constitui, ~~(eo cum adjecto, quod Dudum Antakregi cum Dominicio ad Bona Kock spectans a quaestione sequestratione cessari non posse, et D. Principi Alexandro Sapiehae liberum relinquatur jura sua in indivisio via Juris prosequi.)~~ ~~super~~ ad mentitam dd 27. Januarij a. c. Relationem C. R. Foro Nobilium Significatur: Recursuatam Resolutionem intuitu Sequestrationis bonorum Kock pro Re Successorum Theresiae Jablonowska pto 87500 fp capitalis, tum 87500 fp provisionalis et 125 flhm: 39 Xr expensarum, concessa, confirmari, adeoque Recursui denegari; quoad passum vero, vi cujus Felicianus Chylinski pro Sequestro constitutus, Recursui deferri adeoque passum hunc Resolutionis eo Reformari: quod loco proposito per ~~exequentes~~ exactores Feliciani Chylinski, propositus per ~~exequtos~~ executos Successores Annae Jablonowska Stephanus Szedlinski, sub iisdem in Resolutione Recursuata quoad Chylinski praefixis Cautelis, pro Sequestro constituendus sit.

Reexpeditur

Qua mori Resolutio, sub Readclusione allegati Relationis, et motivorum decidendi, nec non nota taxalis adquietata R. Foro Nobilium eo injuncto intimatur, ut de ea partes informet, et taxam connotatam exigat.

Dat. 21. Febr. 801.

acclusitur allegatum Relationis eo N^o 790 sub lit. C
nota taxalis quietata sub D.
motiva
nota taxae

Motiva decidendi

Ex quibus, in Causa Successorum Annae Principis Jablonowska cum Successoribus Theresiae Principis Jablonowska, scilicet Michaelis Wielohorski, Michaelis Czacki, Cunegundi de Sanguszki Czacka, qua matris tutricis prolium cum Francisco Czacki procreatarum, pto ~~Successionis~~ Sequestrationis bonorum Kock cum attinentiis agitata, Resolutio R. Fori Nobilium Lublin: dd 3. Xbris 800 edita sub 21. Febr 801 Reformata est.

Scribantur ex Protocollo Consilii

Boroda[illegible]

1)

Fas. VII Sui N.ro 385

45

Prot.

ad Num. 206/32. praes. 12 Janu. 801.

Relatio reg. fori Nob. Lubl. super recursu Alexandri Dpis Sapieha intuitu eximendi praedii Bialobrzegi a sequestratione bonorum Kock pro re Successorum Theresiae Jablonowska, pcto 87500 fp. Capital. et similis Sae provisionalis, tum 125 f. 39 x.

ad Num. 790/158. praes. 16 Feb. 801.

Relatio ejusdem fori Nobil. super recursu Successorum Anna Jablonowska pcto concessa sequestrationis bonorum Kock ex eodem superius indicato nomine.

Status causa

Successores Theresiae Jablonowska, scilicet Michael Wielohorski & Michael ac Franciscus fratres Czackie, adhuc Ao 794 contra Annam de Sapiehi Dpissam Jablonowska, adjudicatam sibi habuerunt Sam 87500 fp. Capitalem, et similem 87500 fp. provisionalem. Sententia haec Ao 796 in via executionis tabulae Leopoliensi ingrossata fuere, in Anno vero 800 Jurevincentes in regio foro Nobil. Leopoliensi, ubi etiam processus perductus erat, in via executionis sequestrationem bonorum Kock sub jurisdictione fori Lubl. situatorum petierunt in vim tam adjudicatae duplicis 87500 fp. Sae, quam etiam expensarum 125 f. 39 x. Reg. forum Nob. Leopol. hanc petitam sequestrationem concessit, et fine ejusdem effectuationis reg. forum Nobil. Lubl. mediō Nota dto 7 Julii ~~regii~~ 800 requisivit.

Quia tamen allegato petito sequestrationis Sententiae nonnisi in Copia simplici ~~regii~~ allegata fuere, et actis hujus provinciae nedum inserta erant, proinde respondit forum Lubl. foro Leopol. ut ante effectuandam sequestrationem Sententias a ptibus aut in originali aut in copiis authenticis exigat, et ut actis Lublinensibus inserantur submittant, caeterum etiam ptes eo invicet, ut sibi Lublini advocatum constituant, qui ulteriores executionis gradus prosequatur.

Quid forum Leopol. eo intuitu disposuerit, ignotum quidem est, ast Jurevincentes Theresia Jablonowska haeredes sub 9a 7bris 800 exhibuerunt petitum adipsum reg. forum Nob. Lubl. jam contra massam jacentem demortuae interea jurevictae Anna Jablonowska directum, in quo allegando Sententias Leopolienses jam in actis Lublinensibus oblatuatas, allegando porro ~~concessam~~ resolutionem per forum Leopol. sequestrationis ~~nem~~ similiter oblatuatum, in quo supplicarunt, ut in satisfactionem Sumarum

et quidem

1mo 87500 fr. Capitalis

2do 87500 fr. provisionalis

3o 125 fr. 39 xr titulo expensarum,

Cammerario Radgyniensi praecommittatur, ut illico ad bona Koek olim Annae Dnissae Jablonowska propria condescendat, solita de lege modalitate, illa Sequestrari faciat, et Feliciano Chylinski qua proposito sequestro in Administrationem tradat.

Regium forum Nobile subsequendo praescripta § 423 Cod. Jud. petitum hoc communicavit Successoribus Annae Dnissae Jablonowska, pro danda super proposito sequestro in triduo mutua declaratione, quo secus petentibus exequentibus propositus sequester confirmabitur.

Occasione ~~hujus~~ hujus desideratae sequestrationis duplicia exhibita fuerunt in foro Nobili petita, quae etiam duplicem recursum causarunt.

Nam successores ~~in exhibito de pr.~~ Annae Jablonowska in exhibito de praes. 29 7bris 1800 declararunt, quod, quantum illi sciunt, debitum quaestionis jam pridem per decretum compromissoriale jam ex integro levatum sit, quod tamen illico ob sigillata omnia documenta Annae Jablonowska probare nequeunt, qua de causa sibi dilationem 30 dierum expetierunt ut irrealitatem hujus debiti probare possent. In quantum vero dilatio haec concedi non posset, tunc contra propositum sequestrum quidem nil obmoverunt, ast quia bona Koek annue ultra 100,000 fr. important, adeoque cautio praestanda est, intuitu cautionis vero Controversia exoriri possent, hinc optare, ut jam Comissarius bonorum Koek Stephanus Jedlinski ast etiam erga cautionem qua sequester constituatur; et cum haeredes Annae Jablonowska demonstrabunt, quod debitum quod exequitur amplius reale non sit, proinde ex defectu fundi responsionis in hac provincia ex parte exequentium, supplicarunt ut sequestrata pecunia ad depositum Judiciale comportentur.

Regium forum Nobile subsequendo petita dilationi 30 dierum denegavit, et ob dissensum intuitu personae sequestri, diem pro 18 9bris dixit, et partes adcitavit.

Alteram petitum quod occasione hujus petitae sequestrationis exhibebatur, erat Alexandri Pr. Sapieha qui sub 30 7bris 800 exposuit, quod habeat contractum super praedio Bialobrzegi cum Korniowice ad tractum Koek spectante, sibi a Dnissa Jablonowska datum, in fundamento cujus praedium hoc actualiter possidet, et supplicavit, ut in fundamento

hujus Contractus praedium Białobrzegi cum Bożnowice a sequestratione boni Kock eximatur.

NB. Contractus hic die 15 8bris 799 confectus eo sonat, quod Dpissa Jablonowska Alexandro Dpi Sapieha loco usurarum pro mutuata eidem Sa 3000# ad 6 annos praedium Białobrzegi in possessionem tradat, quod ejus possessio die 15 feb 800 incipere, ille vero soluta post 6 annos Sa ~~[illegible]~~ a possessione cedere debeat. Contractus hic etiam in actis Lukowiensibus quam in Lublin. oblatuatus est.

Regiminis forum notus Dpnum Sapieha cum hoc petito etiam ad terminum pro 18 9bris dictum inviavit.

In die dicto Successores Annae Jablonowska opposuerunt, quod petitae sequestrationi locus dari nequeat, quia bona Kock maxima ex parte sub jurisdictione actorum Lukowiensium jacent, in quibus Jabulae Galiciae orientalis oblatuata non sunt, et ex eo sequestrationi denegandam esse petierunt.

Quod attinet personam sequestri, proposuerunt Commissarium bonorum Kock Stephanum Jedlinski erga praestandam cautionem, quia ille qua officialis localis oeconomiam optime noscit, adeoque saltem ex hac parte executi nullum damnum ~~metuere possunt~~ metuent; et omnem fiduciam meretur, quam et ipsum regiminis forum in eum posuit, dum ei bona ad tempus concredidit.

Successores Theresiae Jablonowska exequentes, replicarunt defectum oblatuationis in actis Lukowiensibus sequestratiôni non obstare, et allegando originales sententiam cum concessa in foro Leopoliensi sequestratiône demonstrarunt, quod haec documenta etiam sub 2a 8bris 800 in actis Lukowiensibus oblatuata fuerint.

Quoad personam sequestri replicarunt, quod insistant proposito Feliciano Chylinski, quia contra illum executi nil obmovent, ille vero cautionem proventibus boni Kock correspondentem dabit, contra Commissarium Jedlinski vero protestantur quia ille tanquam in servitio exequendorum constitutus potius illorum commodo studebit.

Quoad petitum Dpis Alexandri Sapieha vero se declararunt, quod ~~bonum~~ praedium Białobrzegi a sequestratiône eximi non possit, quia contractus quem ille habet est gratuitus & onerosus creditori ante poni nequit, ad quod accedit, quod Dps nec probat revera Sam 3000# demortuae Dpissae datam fuisse, et quod illa ante coeptam possessionem mortua sit.

Successores Annae Jablonowska duplicando insistebant sua replica, quia oblatuatio in actis Lukowiensibus nonnisi post petitam jam sequestratiônem effectuata fuit. Quoad personam sequestri

insistunt proposito sedlinali quia etiam ejus cautio pro omnibus suis gressibus respondebit, et illud nil impedit quod ille in executorem servitio constitutus sit.

Quod vero attinet exemptionem prædii Białobrzegi Dnus Alexander Sapieha intulit:

Ex contractu litera A.) patere, quod defuncta Sapieha 3000 # pro hac Sexennali possessione dedit, adeoq verum non esse quod sit contractus gratuitus, hinc tanto minus possessio hujus prædii impediri potest, quia ejus contractus citius in actis publicis oblatuatus extitit, antequam Suscribentes sua jura ad acta exhibuerunt.

Reg. forum Nobil. Lubl. super hac pertractatione die 3 xmbris 800 decidit.

a) petita sequestrationi bonorum Kock locum dari,
b) in sequestrum Felicianum Chylinski constituit, &
c) prædium Białobrzegi cum Płoźniowice ab hac sequestratione eximi non posse:

legatur resolutio cum extracto protocolli
ex Nro 206.

Hæc Resolutio dupplicem causavit Recursum, nam tam Dnus Alexander Sapieha recurrebat intuitu non exemti prædii Białobrzegi quam etiam Succesores Anna Jablonowska intuitu concessæ sequestrationis bonorum Kock & denominati Feliciani Chylinski in Sequestrum, qui uterque Recursus nunc separatim perspiciendus est.

Alexander Dnus Sapieha itaque in Recursu sub 23 xmbris a. el. exhibito gravatur ob non exemptum prædium Białobrzegi et jus suum fundat in contractu revera oneroso, jam sub 31a Martii 800 actis oblatuato, quando jus hypothecæ adquisivit, ubi de pretensione Stacki[illegible] una adhuc nil in actis publicis innotuit.

Motivum decidendi a Judicio assumptum in hoc unico casu reflexionem mereri posse dicit, si nec possessio recurrentis nec sequestratio Stachiana actis oblatuata esset, ad modernum casum vero ubi Sapieha jus prius adeoque fortius adquisivit, applicari nequit.

Monet potro recurrens etiam in hoc passu, ubi Recurrenti separata agendi via preservatur, resolutionem gravatoriam esse, quia cum ille sit in possessione non esset illius ut agat, sed ut contra illum qua possidentem agatur.

Reg. forum Nobil. Lubl. in sua super hoc recursu præstita relatione maxima ex parte motivis sui judicati inhæret, præterea autem et hoc addit: Spectando §394 Cod. Jud. Alexander Dnus Sapieha, qui in reluitionem provisionis a Sa 3000 # sibi prædium a defuncta Anna Jablonowska dimissum habet, nil aliud pretendere potest, quam ut ei a Sequestro provisio a mox dicto capitali annue exsolvatur; qua cum § 234. Cod. Civ. potest 2a connexa esse videtur. Cum itaque ex Sentea

Ad Nrum 206 & 790.

Fas VII Sue Nro 385

47

Supervenientium apparet, quod debitum 87500 fr: hanc inscriptionem quam Dñs Sapicha pro se adducit, longe praecessisse, hinc etiam, quamvis debitum non sit ante hoc 3000 # actis oblatuatum, tamen hoc 3000 #orum anteriori creditori praejudicari nequeunt.

Votum

Resolvendo recursum Alexandri Dñi Sapicha, readcludendo allegata recursus sub A & B. et allegata relationis sub dato 27 Xmbris 800 & praes. 12 Jan. a.c. praestita sub Nro 1º cum ejus subalegatis, censeo resolutionem reg. fori Nobil. sub dto 3 Xmbris 800 prolatam, quoad passum per Alexandrum Dñum Sapicha recurruatum, eo reformandam esse,

quod a sequestratione bonorum Kock cum attinentiis per Successores Theresiae Jablonowska pro 87500 fr. c:s: c: petita, praedium Bialobregi cum Bosniowice excipiendum sit.

Ex Motivis.

Desse contractu inter Annam Dñam Jablonowska & Alexandrum Dñum Sapicha die 15 8bris 799 inito actis competentibus sub 31 Martii 800 oblatuato Alexander Dñs Sapicha praedium Bialobregi cum attinentiis titulo oneroso assecutus est, cum Sũã 3000 # debitrici Annae Jablonowska ad 6 annos mutuavit, et praedium hoc in vim usurarum in possessionem accepit. Per hunc actum itaque Dñs Sapicha non tantum gaudet jure hypotheca ſ: et respective hypotheca :ſ sine hoardarum provisionum, ast per separatum hoc pactum quasi ipse in sequestratione hujus praedii constituitur, illamque a 15 Febr. 800 per possessionem actualem assecutus est.

Exoritur itaque quaestio an jus exequentium successorum Theresiae Jablonowska, vel Jus Alexandri Dñi Sapicha fortius sit, et cum hic ex utraque parte pateat esse sequestratio, nempe ex una parte ab ipsa debitrice privative concessa et per oblatuationem ad actum publicum elevata, ex altera parte vero per Judicem agita, tunc aequaliter his juribus, nonnisi tempus quo hi actus positi fuere prioritatem et praecedentiam Juris definit.

Etiam Alexander Dñs Sapicha Jus suum jam sub 31 Martii 800 actis competentibus oblatuavit, Successores Theresiae Jablonowska vero sequestrationem in foro Nob. Leop. nonnisi sub 7 Julii 800 assecuti sunt, et Jus hoc nonnisi die 16 7bris & respect. 2 8bris 800 actis competentibus introduxerunt, cum porro prioritas Juris ſ: neququam ſ: uti reg. forum Nob. in sua relatione innuit :ſ a tempore contracti debiti, verum a tempore oblatuationis in actis publicis dependet, prio-

ritas

hac temporis vero aperte pro Dpê Sapieha mi-
litat, proinde praedium Białobrzegi cum attinen[tiis]
ad sequestranda, per posterius in actis comparentem
creditorem, bona Hock attrahi nequit.

Quo proin resolutio resolvendo recursum Dpi
Sapieha & relatio fori Nobil. desuper sub No 206 praestitam
foro Nob. Lubl. pro informandis plibus intiman-
da est. motiva decidendi adcludit.

Alter recursus quem hoc resolutio reg. fori Nob.
causavit per Successores Annae Dpis Jablonowska
exhibitus fuit sub praes. 29 Xmbris 800., et gravati
se sentiunt ex eo quod

a) sequestratio bonorum Hock concessa fuerit &
b) quod non Stephanus Jedlinski ~~Chylinski~~ ast Felicianus
Chylinski qua sequester nominatus fuerit.

Contra sequestrationem agnitam gravantur ex eo, quia
Jurevincenter cum suis sententiis ab ao 794 cisluerant,
et executionem nonnisi jam post fata Annae Jablonowska
prosequuntur. facile itaq. anidere potuit quod
praetensio hac per decretum compromissoriale inter
exequentes & demortuam latum ~~praetensionem~~ extincta
sit, quam extinctionem etiam suo tempore probabunt;
ad quod adhuc accedit eo tum quando sequestratio peteb-
batur Jura exequentium nedum actis publicis inserta
fuisse.

Quod attinet personam Chylinski qua constitutum
sequestrum gravantur ex eo quod illorum Comes
Jedlinski non sit pro tali constitutus quia ille
aliunde totius oeconomiae gnarus est, et minores ex-
pensas causaret, id vero nullibi vetitum est, quod
Comes aliunde existens pro sequestro constitui non
posset.

Concludendo supplicant, ut ante decernendam se-
questrationem adhuc desuper heredes Annae Jablonowska
in naturali audiantur aut saltim, si id fieri ne-
quiret, loco Chylinski, Stephanus Jedlinski qua
sequester constituatur.

Reg. forum Nob. praeter provocationem ad sua motiva
sustinet adhuc decisionem suam perinde quod sequestratio
in via executionis a foro Leopol. concessa, forum
Lubl. caeterus requisitum illam nonnisi exequatur,
qua de causa etiam de quaestione an concedenda sit
non agitur, sed non nisi intuitu persona sequestri
disputatio eroriri pot.; quod vero attinet personam
sequestri, sustinet forum, Stephanum Jedlinski non
posse qua sequestrum constitui, quia est in ser-
vitiis recurrentium, qui non nullum periculum ex
persona Feliciani Chylinski sibi imminens proba-
runt.

allegat forum adhuc persolutam notam taxalem. Votum

Resolvendo recursum Successorum Annae Dpis Jablonowska

reallegando allegatam relationis lit. C. et

notam lexalem lit. D. qui tamen videat officium laxa-

le, censeo resolutionem regii fori nobilis ddo.

3 Xmbris 800 quoad passus recurrentos, et quidem

a) intuitu concessae sequestrationis bonorum

Koch pro re successorum Theresiae Jablonowska

pcto 87500 fr. Capit., 87500 fr. provisionalis

1125 f. 39 xr. expensarum confirmandam adeoque

recursui denegandum; quoad

b) passum vero ejusdem resolutionis vi cujus

Felicianus Chylinski pro sequestro constituitur,

recursui deferendum, adeoque resolutionem eo re-

formandam esse, quod loco propositi per exequen-

tes Feliciani Chylinski, propositus per exe-

cutos successores Annae Jablonowska Stephanus

Jedlinski sub iisdem in resolutione recursata

quoad Chylinski demandatis cautelis pro seque-

stro constituendus sit.

## Motivi

Confirmatur passus concessae sequestrationis, quia

haec non quasi a regio foro lubl. de novo conceditur,

est in via executionis sub 7 Julii 800 a foro

Leopol. concessa, et nunc a foro lubl. ad praescrip-

tum § 422 Cod: Jud: requisito ad effectum

deducitur, dum obstaculum ab initio observa-

tum, nempe defectus praecedentis intabulationis

in actis publicis, per ipsas partes suppletum

extitit. Non potest itaque his stantibus

amplius quaestio exoriri an sequestratio locum habeat

nec ne, quia judex requisitus in quaestionem

an? amplius intrare nequit, sed executi in

quantum quid realitati debiti opponere vel-

lent aut possent, id in foro Leopol. ubi

sequestratio concessa erat exponere debent.

Reformatur passus ~~tenor~~ resolutionis recursatae

quoad ~~persona~~ sequestrum in persona Feliciani

Chylinski constitutum, et Stephanus Jedlinski

qua talis constituitur, quia

a) Stephanus Jedlinski qua Commissarius

et continuus administrator bonorum Koch oecono-

miam ruralem sibi optime notam habens, bona

haec melius administrare posse praesumitur quam Felicianus

Chylinski, qui primum glebam et particulares

circumstantias soli cognoscere deberet, et aliter

aut in fundo aut in proventibus damnum causa-
re posset,

b) quia Chylinski peculiari remuneratione
provideri debet, per quod ~~[illegible]~~ excessus major damnum
causaretur, cum e contra Jedlinski, qui alioquin
salario provisus est, eius indifferens esse debet, pro quo
bona administret, et cui proventus tradat, pecu-
liari remuneratione non indigeret.

c) exequentes ei nil aliud opponunt, quam quod
in servitiis ~~[illegible]~~ ~~executo~~ successorum
Anna Jablonowska constitutus sit, id vero
nullibi prohibitum est, quod servus ~~[illegible]~~ excepti in
sequestrum constitui non posset, de caetero
aliunde cautionem exhibere, et rationes reddere
tenetur, ex quibus apparebit an munere suo
minus recte functus sit, quo casu cum sua cau-
tione similiter uti felicianus Chylinski re-
spondere ~~[illegible]~~ obligatus est.

Haec porro resolutio ad recursum succ
Anna Jablonowska et relationem reg. fori Lesc
ddo 7/10 eidem intimetur pro informandis
partibus, adcludendo motiva decidendi quoad
passum reformatum.

Leopoli die 21 feb 801

Cranenburg

Exp.

Sub No. 385

49

# Excelsum Cæs: Reg: Appellationum Tribunal.

Præsentes.

Excellentissimus D. Præses.
Lib: Baro a Wittorff.
Cons: at Einberg.
Purtscher
Gruszecki.
Friedenthal Refer:

Successores olim Theresiæ Principis Jablonowska, ut p[ost] michael wielohurski Michael Czacki, et Cunegundis Czacka Tutrix prolium, cum olim Francisco Czacki procreatarum in Extenuationem Summæ Capitalis 87500 fl et provisionalis 87500 fl cum 125 fr. 39 kr: executionem, via Sequestrationis Bonorum Kock, contra massam defunctæ Annæ Pcips Jablonowska petiere, quum Successores defunctæ hujus executæ in Personam Sequestris propositi non consenserint, ad conveniendum de Persona Sequestris dies 18a Nov[embris] dicebatur; et quia Pps Alexander Sapieha capta de hac sequestratione notitia, sub præs: 30. 9bris 1800. Prædium Biatobregi cum Bozniowice sibi a defuncta Anna Pcpe Jablonowska in sexannalem Possessionem dimissum eximi petierat, ad eundem dicem dictum pro percipiendis desuper Creditoribus, respective Successoribus Theresiæ Jablonowska invitabatur.

Assumptum exinde in nexu quoad conveniendum Sequestrem, quam respectu eximendi Prædij Biatobregi, die 18. Novemb: Prothocollum cum consignatis in eodem actis Excelso Tribunali erga futuram resignationem ut h: 1: una cum Prothocolli de die 2 Decemb: a: c: ad h:

1:

32.

~~10977~~

2.

1409ʃ. Extractu sub N: 2 submittitur, jam u
ex utroque Altiori Judici patebit, resultu
sub N: 3 Recursus motiva nullatenus hy
tem resolutionem levare, nam licet D.
Sapieha inscriptam sibi à defuncta
possessionem actis proprij Districtus a
tuatam prius habeat, et Sententia a
Successoribus Theresiæ Jablonowska p
ducta, tum Resolutio Sequestrationem c
cedens, posterius actis iisdem inducta
cernantur, tamen per evictam Sequestra
tionem Successores hi pignus praetoriu
acquisivere, cui authoritas Judicis robu
suppeditabat, fortius itaq illorum Jus
est, etiamsi non prius –

Spectando ulterius §: 394. C: J: Dno
Sapieha qui in reluitionem Provisionis
a Sua 3000 f sibi praedium à defunct
Dpe dimissum habet, non nisi praete
dere potest, ut sequester provisionem
a mox dicto capite illi annue solvat
hoc §pho cum §: 234. C: civ: P: IIa con
nexa videtur, certo uti et ex actu Sen
tentia per Successores exequentes pro
ducto apparet Debitum 87500. f: in
scriptionem in favorem Dni Sapieha
pieha factam longe praecessit; quomo
do itaq licetsi specifice super haec in

tabulatum non sit, anteriori prajudicari valet Creditori.

Ex his patet quod advocatus recurrentis Kretowicz jam aliquoties per Excelsum Ck: appell Tribunal de ignorantia legum carptus, iterum iterumq in eadem materia peccaverit, nam nesciens quid sibi in conformitate legum petendum sit, recursum arripuit, et per interruptam Executionem, non modicum Exequentibus prejudicium causavit.

Si recurrens dicit, quod R. Forum eundem in possessione turbavit, quodve suam decisionem illico Executioni dederit, a tramite aberrat, nam 1° Camerario terminus 4. septimanarum praefixus fuit, et 2do talis turbatio injusti aliquid praeseferret, quod autem hujas resolutio justa sit, per praecitat. §§. ad evidentiam usq deductum fuit, quod delegato ad sequestranda Bona Kolb cum atinentijs Camerario, respectu Bonorum Biadobrzegi eximendorum nihil dictum fuerit, naturalis denegato Dno recurrenti abhinc executionis est sequela, secus enim aliter resolutum, aliter dispositum fuisset.

Eo tamen non obstante satisfaciendo, nutui Excelsi Trib: provisorie eximenda Praedia Biadobrzegi, et Boniowice Cmo Baranowski sub hodierno disponuntur.

Datum Lublini die 27. Decembris 1800.

Wittorff

pr. 12 Janu 801

Ad. N: 206

Excelsum Caes: Reg: Appellat:
Tribunal.

Relatio

Caes: Reg: Fori Nob: Lubl:

super recursu Alexandri
Principis Sapieha, respectu
eximendi a sequestratione
Bonorum vocli Pradij Biala,
bregi, cum Borniowice.

Allegata

N: 1. Prothocollum die 18. Nov: a: c: assumptum sub N: 14095.
2. Extractus Prot: Cons: de 3. Decemb: sub N: 14095.
3. Recursus.

Fridenthal

ad casum Jablonowskianum.

ad 1mum punctum

Leges quidem concedunt obligatoriam possessionem idque in §o. 523. p. 3. Cod: civilis. sed ea restrictione: ut solummodo 5. procentum ex bonis obligatis trahantur nam leges non concedunt plus quam 5 pc. desumere. Hinc Princeps Sapieha quidem in possessione bonorum Biało brzegi — non obstante Leges tractione ab actoribus sequestratarum remanere possit sed tamen teneretur calculum praestare et omne superplus ultra 5. procentum Sequestro praestare teneretur, aliàs enim damno Creditorum aña de Jablonowska ~~compelleretur~~ hac de causa reddere~~tur~~ — tenetur etiam in casu ubi ~~reformaretur~~ Resolutio, reconventa addendum esset: quod superplus, ultra 5 procentum Sequestro tradendum sit.

In ipso materiali autem Resolutionem Regii fori confirmandam opinor: nam leges in ordine habent obligatoriae possessionis quae se defendere vult princeps

legitima, ille nihil periclitatur
quia omni casu s. praetum
e sua praetensione per
sequestrum accipiet,
Intuitu eiusdem clara lex habetur
in resolutione ddo 10a 8bris 797.
quamediante omnis obligatoria
possessio in favorem creditorum
sufferetur, eadem analogia
atque obligatoria possessio
Principis legitime cessare deberet
sed sequestratio concedenda
videtur ex adnexo: quod
eidem a sequestro s. pretium
praestanda sint.





# Excelsum Tribunal!

Dnus Alexander Princeps Sapiecha Resolutione C. R. Fori Nob. Lubliny de 3 Nbr c.a. in objecto petita per Dnos Frackie Sequestrationis Bonorum Kock emanata ut A. gravatus, recaludendo Motiva istujus Resolutionis hic sub B. Recursum praesentibus interponit —

Recurrens vigore contractus cum jam defuncta Anna Principe Jablonowska initi obtinuit obligatoriam sexannalem Praedij Biatobrzegi ad Tractum Kock spectantis Possessionem — suum catenus contractum medio subsecuta in Actis Lublinensibus Oblata, adhuc de 31 Marty a.c. publicum fecit, ac tali methodo Jus hypothecae adquisivit — Eo tempore nec quidem aliqua de Onere Frackiano, tum de Processu catenus apud Forum Leopoliense agitato in proprijs respective Praedij Biatobrzegi Actis habebatur Notitia — Longe posterius innatuit Recurrenti dictos Dnos Frackie Sequestrationem Bonorum Kock in Summa 87000 ff. obtinere velle jamque sibi diem ad constituendum Sequestrem dictam habuisse — Recurrens extunc etiam, nondum videns in Actis Jus quoddam Frackianum esse oblatuatum, Possessioni sua obligatoriae subveniendo se cum sua contractu ad Excelsum Forum Lublinense insinuavit, petiitque Praedium illud Biatobrzegi cujus proventus de praecedenti alienati extiterint a petita per Frackie Sequestratione eximi — Factum quod huic in aequitate et Lege fundato petito Judex non detulit, quinimo ad proventus praecedenter alienatos Sequestrationem concessit, illo unice ex motivo, quod Possessio Recurrentis ex privato titulo pullulat, Sequestratio porro judicialis sit Actus —

Motivum hoc obtineret illo in Casu si utrumque nempe et Possessio Recurrentis et Sequestratio Frackiana non essent per Oblatuationem publica facta, non vero locum habere potest ubi oblatuatio praecessit et tali modo Jus hypothecae sit adquisitum, inter enim similia Jura prioritas oblata non nisi, et quidem ita statuit, quod Jus

oblatuatum

oblatuatum quolibet judiciali plane non, vel sero oblatuato Acte
omnino praevalet — Neque recte dicitur Jus quod est oblatuatum
privatum esse — Actus quippe Judicialis dum talis per Oblata
Publico non innotescat, potius pro privato habetur —

Quare evidens Motivum Judicis non fundatum et Resolutio
à qua esse gravaminosam —

Non magis recte absolvitur passus, ubi Judex à quo Recurrent
in Possessione quieta extantem à Nemine Citatum, penitus non
Convictum è Possessione turbando, Eidem viam pro suo Jure ag
di liberam relinquat, hoc enim adversatur et Aequitati et Leg
ut ille, qui Jus et Possessionem habeat praesumentem ad hancce me
tem Jus quoddam citare deberet — Utique si etiam non esset
Recurrentis ad Possessionem Bialobrzegi primum Jus, tunc et
hoc Casu, Sequestrationem petens in via Juris quaestionem d
prioritate movere deberet —

Denique hoc quod medio Resolutionis non Sententiae Judi
à quo Cognoscendo prioritatem vel Validitatem Jurium, Recurr
tem sua Possessione privaverit, non minus gravaminosum e
ita, ut hoc Decisio conformitate Legis Cod. Civ. § 39 pro in
ta reputanda venit — Non enim Lex voluit ut decisa per pri
mum Judicium Causa statim Executioni detur, Judicis à quo ta
men Resolutio jam sit Executioni data, Camerarius cui in
unum Mensem Sequestratio illa peragi disposita fuit, illico p
admanuationem, illam peregit —

Recurrens praemissis antepositis benignae Reflexioni Excelsi Tri
bunalis relinquit gressus Partis adversae quos Recurrens ferend
habuit, et tandem Supplicat ante omnia

Spectato eo quod in simili objecto Recurrenti saltem via Ap
pellandi cum Suspensione Effectus Decisionis Imae Judicis ex L
pateat, quo beneficio Legis Recurrens sit privatus — Ut

1o que

1° quanto citissime in Sessione Extraordinaria fiat Dispositio, quatenus Opus Camerarij usque ad Eventum futuræ Excelsi Tribunalis Sententiæ Suspendatur, Possessioque penes Recurrentem relinquatur — Quæ disposita dignabitur Excelsum Tribunal propter hic submittendum advocato Zarzycki tradi mandare —

2° Postquam vero Acta hujus Causæ cum Relatione a Judice Excelsum Tribunal oblinebit, eotunc juxta Judicii I<sup>æ</sup> Instantiæ factam Conclusionem Recurrentem circa Possessionem quæstionis Pradij /: reformata hunc ad passum Resolutione à qua :/ relinquere —

Koretowicz Pleno

Resignatur hic Recursus Regio Foro Nob. Lublin. erga futuram restitutionem pro praestanda desuper sub termino 14. dierum necessariis Actis instructa relatione eo addito, ut Resolutionis suae quo ad passum recursuatum, executionem, usque ad ulteriorem hujatem decisionem suspendat, et de hac suspensione executionis Alexandrum Principem Sapieha informet.

Decretum in Consilio C. R. Appell. Trib. Gal. Occident. Cracoviae 23. Abris 1800

Schnschn...

N. 1121. Taxa 1 f 2
Porto 1 f 12
1 f 52

C.

Praes. 27. Decembris 800.

N. 15977

Th. 23. Abris

Praes. 23 Abr. 800
N. 9502

2 /

ad
Excelsum Caesareo Regium Galliciae Occidentalis Universale Appellationum Tribunal!

Ex parte Alexandri Principis Sapieha

Recursus

a Resolutione C. R. Fori Nob. Lublin. de 5. Xbr. c. a. ad N. 14095. in Causa Dominorum Fraczkich puncto Sequestrationis Bonorum Kock cum attinentiis Sma 87500 fp. &c. lata.

Cum alleg. A. B.

Sub Nro 385

54

Extractus Prothocolli Consilij ex Sessione

I. Senatus. Jn Cæs: Reg: Foro Nobili Lubli die 3. Decembris 1800 celebrata.

Sub Præsidio.

Excellentissimi ac Illustrissimi Dni Lib: Bar: Francisci a Witterff C: R: status intimi aul: actualis Consiliarij, ac C: R: hujatis Fori Nobili Præsidis.

Assidentibus.

Illibus ac Mgfis DD: Consiliarijs.

ab Einberg
— Brzozowski
— Gruszecki.
— Friedenthal.

Expediente Mgfico Secretario Dostenberg
Prothocollistis Consilij Illmo Comite a Bubna, et Mgfico Reinl.
Auscultatore Mgfico Istler.
Prothocollante Cancellista Rath.

Absentibus.

Illibus Mgfis DD: Consiliarijs, ad formandum secundum Senatum delegatis.

de Kydzga
— Weinling.
— Kovabets.
— Bretscher.

Mgfico Secretario Gelb fine curandæ valetudinis Leopolim profecto.

Refert Dnus Cons. de Stiedenthal.

N: 14095. pres: 19. nov. 800.

Prothocollum oralis pertractationis in Causa Successorum Theresia Principissa Jabłonowska, scilicet Michaelis Wielochurski, Michaelis Czacki, et Cunegundis de Principibus Sanguszko Czacka, qua matris Tutricis prolium cum Francisco Czacki procreatarum, contra massam olim Anna Pcpis Jabłonowska, in ordine dandæ declarationis super proposito Sequestre Feliciano Chylinski quoad sequestranda Bona Koch in satisfactionem Summarum 87500 fpol: et 87500 f: ac 125. fr: 39. kr: assumptum.

Quoad primum passum sequestrandorum videlicet Bonorum Koch credidit Umsfur Referens resolvendum esse petito Sequestrationi Bonorum Koch cum attinentiis ad exhibitum sub pres 19. Septemb. a. c. N: 10963. petitum, de tempore locum non dari - cui opinioni etiam Presidium accessit.

Ex motivis.

Super obmota per Successores defunctæ Annæ Principis Jabłonowska in Declaratione sua nullitate pretensionis, cujus executio petitur, neque litigandi, minus decisionem ferendi locus est agitur enim de ipsa executione sententiarum homologatarum, quæ juxta Cod.

Sud: neque per restitutionis petitum, minus per factas ab executis oppositiones sisti potest; attamen respectu ipsiusmet executionis §: 422. et 426. C: J: in eo conveniunt, quod si executio ad Bonum immobile, sit ad Corpus ipsum, aut ad Proventus, concedatur, pro caeteris Sententia, aut Contractus actis publicis, quum vero Tabulae Regiae nondum existant, actis proprij Territorij inducatur, uti juxta leges patrias, pro obtinendo Jure pignoris, et hypothecae sanctum erat, jam vero exequentes, non tantum per praetermissam ad oppositiones Jureviciorum responsionem, sed etiam per Suppletoriam Sententiarum, et Resolutionis Fori nob: Leopoliensis ad acta Zmroviens inductionem eadem acta esse proprij Bonorum Sequestrandarum territorij agnoverunt, et ideo jure itaque erat Successorum Annae Ppis Sabdonowska, exceptio —

Ulterius §: 427. l: J: praecipit, ut Executionis gradus non nisi unus postalterum petatur, in patulo itaq est, quod nec unus gradus alterum praecedere, minus inductio Sententiae ad acta proprij districtus, quae proprie Jus pignoris

constituit, et quasi introitus ad ul-
riorem est Executionem, suppleri p[illegible]
sit. Jam vero producta sub Litt. A et [illegible]
Sententia, uti et Resolutio Fori nob.
Leopol. executionem concedens sub Lit[illegible]
testantur; primum 2-a Octob. [illegible] adeoque
post petitam sub praes: 19. Sept. a. c. Se-
questrationem Bonorum Zock actis Lu-
coriens: inductas fuisse.

His praemissis pars jntervenicns sibi-
met imputet negativam petitae Seq-
strationis Resolutionem, atque ea de Causa
exceptiones contra propositum Seque-
strem Chylinski facta irresoluta ma-
nent.

Conclusum per Majora.

Cum Causa haec jam per binas Senten-
tias homologatas decisa, et ad requi-
sitionem Reg. Fori nob. Leopol. Seque-
stratio admissa sit, jam vero super p-
posito Sequestre in conformitate C. [illegible]
Odies pro percipiendis desuper cum [illegible]
is controversijs partibus dictus fu-
rit, quamvis quidem tunc tempori[illegible]
Sententia in actis proprijs districtu[illegible]
non oblatuata exstiterint, proinde, cu[illegible]
ad praesens per Sequestrationem pe-
tentes, inductio Sententiarum ad
Acta Terrestr: concernentia suppleta

adeoq omne impedimentum effectuandæ Sequestrationis sublatum esse conspiciatur, deferendo petitæ Sequestrationi Bonorum Zoch cum attinentijs in Satisfactionem Summarum 87500 fl: et 8750 fl cum 125 fxh: 39. kr: adjudicatarum, Camerarius Baranowski delegetur, ut hanc Sequestrationem pro re Successorum Theresiæ Principis Jablonowska in Conformitate Instructionis Camerarialis, et legum Existentium intra 4. Septimanas peragat, et Prothocollum desuper assumptum a partibus, et Sequestre debite subscriptum horsum immittat. Jam vero pro Sequestre constituatur Felicianus Chylinski erga praestandam Cautionem annuis proventibus correspondentem super Bonis immobilibus, vel proprijs, vel Fidejussorie inscriptam, et attestato Regentis actorum de sufficienti securitate munitam, et erga dandum cum fine cujusvis Anni Calculum; — nam Stephanus Jedlinski pro Sequestre constitui nequeat, quia qua Officialista Successorum, et respective massæ Successionalis binis serviret Dominis. De his dispositis utraque pars informetur.

Illmus Referens, stante jam Coa-

cluso opinabatur, Stephanum Jedlin-
chi, pro Sequestre constituendum
se; nam a) est rei oeconomicae grav
et alioquin massam Jablonowskian
administrat: b) cum Sequester Cautio-
nem det et calculum, nullum fit J
revincendi praejudicium, neque ter-
versatio quaedam supponi potest,
de Proventibus Massae alioquin haered
bus rationes per administratorem
Sapieha, cujus propriae officialista il
Jedlinchi dici posset, reddi debeant
c) massa expensas lucratur in fora
neum erogandas Sequestrem –

Quoad III. passum ratione exim
di a Sequestratione Praedij Białobrze
cum Bozniowice credidit Illmus
ferens cui opinioni etiam Illmus
Gruszechi accessit, Ppem Alexandrum
Sapieha, qui hocce praedium Białobrze
vi Contractus sibi a defuncta Ppe
Anna Jablonowska in possessionem
datum, a quaestionis Sequestratione
eximendum petijt, ad denegatam p
Dn Referentem ab initio propositam
Sequestrationem, inviandum esse.

Ex motivis.

Princeps Alexander Sapieha occasion

petito Sequestrationis liberationem possessionis Prædij Biadobrzegi cum Borzniowice ab executione quæstionis petijt, cum autem Causa cesset, et Causatum superari videtur, Successores defunctæ Dpis Annæ Jabłonowska ejus Possessionem non impugnarunt, proinde nulla esset ansa super hac possessione decidendi, att ei liberum maneret, eo tum, si quis Jura sua impugnaret, congrua petendi.

Att ex binis votis Illmorum Cons: ab Einberg, et Brozowski, et stante jam concluso, quoad 1m Passum per majora, videlicet petito Exemtionis, prout adstrictum est, omnino locum dari; dirempta per Excellentissimum ac Illustrissimum Dm Præsidem votorum paritate, ac addito pro sua separata opinione, quod Dc Dpi prioritas Juris intuitu Provisionis, a Summa sua in hoce Prædio nefors hypothecarie locata, provenientis pro salvo esset prodijt.

Conclusum per dirempta paria.

Resolvatur: Exemtioni dicti Prædij Biatobrzegi, cum Borzniowice per Dpem Alexandrum Sapieha petitoa concessa jam Sequestratione Bonorum Kock, cum attinentijs locum non dari, att Dpi liberum


relinqui Jura sua in via Juris prosequi, ratione, quia sua possessio ex titulo ta[illegible] lum privato pullulat, jam vero Sequestratio qua actus Judicialis illum absorbet.

Illmus Referens autem, stante jam concluso, ut Sequestratio concedatur, ad praesens credidit, Praedium Biala[illegible] in possessione Dpis Sapieha existens, a Sequestratione eximendum esse, quia titulo oneroso eandem acquisivit, et actu in possessione esse apparet, praeterea Successores Annae Principis Jablonowska contra productam a Dpe Sapieha inscriptionem nihil movent, quorum tamen vel maxime interesse deberet, ut adnumerando hocce praedium reliquae substantiae debitum eo citius extenuetur, denique Inscriptio Dpis Sapieha longe prius ad acta Leopol. inducta est, quam Sententia ab Exequentibus inducta, proinde etiam jus reale Dni Dpis illo Exequentium potius est — Praesidium pro sua opinione sequentia adhuc superaddidit motiva. a) Dps Alexander Sapieha, non apparet aliud jus ad possessionem habere in supradicto Praedio, quam jus ad [illegible]galerium, id est Proventus dicti Praedij loco provisionum trahere, ast talis Possessio per certo actuali Executioni cedere debet, nam b) perinde eidem nullum praejudicium fit, cum aliunde secundum existentes leges, ea [illegible] in via Executionis anterioribus hypothecalis Creditis provisiones praeferenter solvendae sint, quale jus, quamvis id ei praesalvari noluit, tamen Dpi salvum manet.

Petrus Rath
Cancell.

Videat Caesareo Regium Generale Offi-
=cium Taxale solutam ad fl: 550. taxam
fine delationis.

Smoradt



Ad N. 2098 de praes. 26 Aprilis 801
" " 2099 de praes eodem

Caes. Reg. Foro Nobilium Lublinensi

Senatus I Fasc. VII Sui N^ro 385.

59

Recursus Dni Alexandri Principis Sapieha a resolutione C. R. Fori Nobilium Lublinensis dd 14. aprilis a. c. edita, qua mediante super petito recurrentis in Reg. Foro Nobilium exhibito, ut omnia Inventaria ad praedium Bonorum Piatobrzegi spectantia, a modo posita Inventariorum Bonorum Kock licitatione eximantur, resolutum fuit, ut cum jam antecedenter Camerario Petro Zaborowski injunctum fuerit, ut circa venditionem in Bonis Kock celebrandam, pecora ea, et res, quae ad fundum instructum Bonorum stricte pertinent, a licitatione eximat, eidem Camerario hac occasione significetur, quod id et de bonis Piatobrzegi et Bornicowice valeat, hic Tribunali interposito denegatur, eo tamen cum adjecto, quod aliunde Recurrenti Dno Principi semper salvum sit, circa Conscriptionem inventariorum praedii Piatobrzegi et Bornicowice licitationi exponendorum, suas observationes exponere, et demonstrare, an et quae inventaria pro fundo instructo stricte pertineant; adeoque etiam R. Foro Nobilium incumbet suo officio fungi, ne fundus instructus hujus praedii patiatur.

Reg. Forum Nobilium moni recurrentem sub readclusione ~~allegatorum~~ recursus de hac resolutione informabit, et taxam connotatam in 8^duo exiget.

Dat. 1^ma May 801

Brzorad

Resignatur hic Recursus R. Foro Nobilium Lublinensi, eo cum mandato, Recurrenti incumbere, ut ille ea quae ~~[illegible]~~ a licitatione eximenda esse putat Conscribenti Camerario indicet — Ipsum autem R. Forum Nobilium perceptis iis quorum administratori massa pertractanda consia est, petitionem supplicantis specifice, quid vendendum, quid autem in massa retinendum sit, resolvat; quin arbitrio conscribentis Camerarii relinquatur, ~~qua~~ Datt Crac. die 1. May 1801.

Car

Zapalski

Expedicale 5 Maii
Schill.
Reg 1434 Taxa 6 fl 20 xr
Protocollum 1 fl 20 xr
Sa 8 fl 40 xr

accludantur ~~[illegible]~~ recursus
N^ro 2098 — Nota taxalis

Et heredes annae Principissae Jablonowska


Vidi 2 May 801
Traubenburg

Cr. 4 May 1801
ad exp. eodem

segregatio fundi instructi hujusce contentionis

4. Maj 801 mundavi Zapalski
Coll. Schulmeyer

1



ad Num 2098 praes 26 Apr 1801 Sup Offro 385

390.

60

Recursus Alexandri Principis Sapieha a resolutione fori Nob. Lubl. dto 14 April. in objecto divendendorum Inventariorum ad praedium Bialobregi ad Bozniowice spectantium.

ad Num 2099 praes eod.

391.

Alexander Pps Sapieha ut hic recursus ob periculum in mora etiam in sessione extraordinaria resolvatur quia ~~jam 27 April ad effectum~~ resolutio recursata jam 27 Apr ad effectum perducenda ē.

## Status Causae

Successores Theresiae Jablonowska adhuc 1794 adjudicatam sibi habuerunt Sam 87500 fl. capitalem una cum simili provisionali, ab Anna de Sapieha Pcipsa Jablonowska solvendam.

Mortua Jurevicta, et instantibus Jurevincentibus pro assequenda solutione, reg. forum Nobil. sequestrationem bonorum Kock concessit, quia tamen Alexander Pps Sapieha jam in his bonis praedium Bialobregi cum Bosnowice adhuc a vivente Anna Jablonowska in via debiti dimissum habuit, et per ingrossationem hujus actus ad acta publica jus reale adeoque quasi sequestrationem tempore priorem assecutus ē, proinde supplicavit ut hoc praedium a sequestratione eximatur, hoc vero nonnisi quoad reliqua bona Kock concedatur.

Reg. forum Nob. Lubl. hoc petito denegavit, hic Locii vero, spectata prioritate Juris realis sub 21 Febr a. c. exemptionem hujus praedii delatum exstitit, contra quam resolutionem huc usque nullus recursus in via revisionis exhibitus apparet.

Jam autem Successores ~~Non quidem apparet an ex parte Jurevincentium vel vero ex parte Successorum~~ Annae Jablonowska petierunt in reg. foro Nob. ~~tum fuerit~~, ut tam argentaria ~~quam~~ defuncte quam etiam Inventaria bonorum Kock licitando vendantur.

Perceptus desuper Pps Alexander Sapieha in venditionem argentariae consensit, quoad Inventaria bonorum Kock vero petiit, ut in sequelam appellatoriae resolutionis de 21 Feb. omnia Inventaria praedii Bialobregi & Bosnowice ab hac licitatione eximantur et in manibus Pps Sapieha relinquantur.

Forum Nob. desuper sub 14 Apr. resolvit, et Ppi Sapieha intimavit, quod cum jam Cam̄rio injunxerit, ut circa venditionem in bonis Kock ~~[illegible]~~ effectuandam, peiora et res, quae ~~[illegible]~~ stricte ad fundum instructum pertineat, ab ea excipiat, hinc etiam eidem Cam̄rio significari qd idem de praedio Bialobregi & Bozniowice valeat.

Cum eo, quod nonnisi pecora & ier stricte ad inventarium pertinentia a venditione exempta, non vero omnia inventaria pro liberis declarata sint, Dños Sapieha gravatum se sentiens recurrit, et fundat suam querelam in contractu quo sibi hoc praedium ... ... cujus ei etiam omnia inventaria tradita fuere. fundat illam porro in hujati resolutione de ... a.c. Dñam in suo jure manutenente, et argumentatur ex eo qd haeredes principissae ex hoc praedio plane nulla inventaria divendere valeant. ad quod etiam accedit, se pariter gravatum esse qd arbitrio ... relinquerit ut dijudicet quae inventaria stricte necessaria sint.

Concludendo suppl. ut itaq hac resolutio ... reformetur, omnia inventaria ... praedii Białobrzegi & Borniowice a licitaõe eximenda esse, in quantum vero jam finaliter decid. ñ possit, interea executionem hujus mandati suspendere.

Vot.

Censeo praescindendo ab omni petenda relatione recursui quidem deregandum eê, eo tamen addito qd aliunde Recurrenti Dñi ~~salvum~~ semper salvum sit circa conscriptionem inventariorum ~~bor~~ praedii Białobrzegi & Borniowice ad licitaõnem exponendorum, suas observationes exponere, et demonstrare an eô quae inventaria pro fundo instructo stricte pertineant ꝉ

L adeoq etiam ... forum Vol. & officio suo ... ne ... ... hujus praedii patiatur.

Ex Motivis

Indisputabile est quod haeredes substãam nobilem ad se post Annam Dñam Jablonowska devolutam licitaõni exponere possint, indisputabile etiam est, qd in bonis jacentibus ea omnia ad substãam nobilem pertineant et a bonis alienari possint quae ad fundum instructum non pertinent, et quae ultra fundum instructum reperiuntur; nec hic Dñi Contrahentes Dñis Annae Jablonowska opitulari pôt, quia etiam illa obligata ñ erat ut ei plus in praedio quaestionis relinquat qm qd ad fundum instructum stricte pertinet; omne reliquum itaq non est appertinens praedii, et quae haereditas mobilis post demortuam respici debet, haeredibus itaq restringi nequit, ut hoc residuum divendant.


Nihilominus tamen ex altera pte etiam Dño Lapieha liberum est demonstrare et probare, an et quae inventaria ad dotationem fundi instructi stricte necessaria sunt, ne haeredes et respective Cããriq arbitrarie procedendo, etiam necessaria divendant, et taliter principem in suo Jure quaesito laedat.

Resignetur itaq[ue] hic Recursus No 2098
cum allegatis cum hac negativa resolutione reg.
foro nobili ~~Cam~~ Lubl. pro informando principe
Sapieha & heredibus Annae Principis Jablonowska.



Leopoli die 1 Maji 801.

Graubenburg



Sue Nro 385

62


Excelsum Praesidium!


Alexander Princeps Sapieha quam humillimé supplicat hic ./. adjacentem Recursum in extraordinaria Sessione resolvendum fieri, spectato quia alias in proximo Termino die videlicet 27 currentis Mensis Resolutio à qua ad Effectum perducetur —

procatus Recursus ad Nro 2098. —

391.

p Kretowicz






praes. 26. Apr. 801
N. 2099.

ad

Excelsum Sac. Rg. Galliciae
Occidentalis Universalis
Appellationum Tribunalis

Praesidium!



Fas VII Sui No 385.

65

Commemoratio ad Num 2570.

Ces. regl forum ad Nobil Lubl.

Sine adstruendae hujatis relationis ad Suam Sacram Majestatem super Recursu Successorum olim Theresiae Dominis Jablonowska contra hujatem sub 21 febr a. c. emanatam resolutionem, vi cujus Stephanus Jedlinski pro Sequestro bonorum Koch constitutus extitit, praestandae, regium forum Nobil recepto hoc mandato, illico protocollum processus oralis sub 18 Aprilis a. c. Num 14095 assumptum huc submittet, et sub concomittativa relationi copiam authenticam philura admanuationis dto 9 Aprilis a. c. adludet, vi cujus Successoribus Recurrentibus hujas decisio de 21 febr a. c. per regl fori Nobil decretum dto 10 Martii a. c. Num 3525 intimata extitit.

Caeterum nota taxalis aulica hic pener adcluditur, fine exigendae taxae a Recurrentibus aulicis.

Decret die 27 May 801

Traubenburg


Expediatur statim


Eadem ad Off Expediturae


Abit: eadem

Mund Crygnadij 27. Maij 801.

C Buhmayer







Senatus I Fasc. VII Sue ffo 385

67

(Terminus)

Ad N: 2730. de praes: 5. Junij 801

Cat: Reg: Foro Nobilium Lublinensi

Reversales, quas R. Forum Nobilium relatione dd 2. Junij a. c. horsum substraverat, referunt se ad intimationem resolutionis appellatorie in negotio Sequestrationis bonorum Kock pro re Successorum Theresiae Dpiae Jablonowska dd 21. Febr. a. c. sub N.ro 3522. a R. Foro emanatam; Resolutio autem R. hujus appellationum Tribunalis pariter sub 21. Febr. a. c. edita, contra quam ad altissimum locum recursus interpositus est, a R. Foro Nobilium sub N.ro 3525 intimata, et Successoribus Theresiae Dpiae Jablonowska teste adnotatione Ministerialis die 9. aprilis a. c. admanuata esse patet.

Sub restitutione itaque reversalium dd 7. aprilis a. c. R. Foro Nobilium iniungitur, ut reversales de 9. aprilis a. c. super admanuata resolutione ad N. 3525 horsum in tridus promoveat.

Dat: 9. Junij 801

Brnoraiff

accludantur reversales ex N.ro 2730


Revisi et vidi 9 Junij 801

Pro off taxale 9 Junii

Ex 9 Junij 1801

Mundavit 9 Juny Makolski

19. Relatio



Sui Nro 385

68

# Excelsum Cæs: Reg: Appllum Tribunal!

Præsentes

Excellentissimus Præses

Consil. de Lewdzga
= Weinling
= Krabitz
= Brzozowsky
= Purtscher
= Friedenthal Ref:

Obsequendo Mandato de dato 27. Maij 1801. ad Nr 2570 a.c. in Negotio Sequestrationis Bonorum Kock pro re Successorum Theresiæ Ppis Jablonowska, Prothocollum Perceptionis Partium super constituendo Sequestre die 18. 9bris 800. assumtum sub Nr 1. et Copia authentica Schedulæ in fidem admanuatæ Partibus die 7. April. a.c. Resolutionis appellatoriæ de 21. febr. sub 10. Martij a.c. intimatæ sub Nr 2. Excelso Tribunali obsequiose submittuntur.

Nr 1.

Nr 2.


Datt. Lublinij die 2. Junij 801.


Witoff

523.

~~8102~~

Cod





praes 5 Junij 80
N: 2730

ad
Excelsum Cas: Reg: Appell
Tribunal Gall: Occiden

Cas: Reg: fori Nob: Lublin

Friedenthal

immittit ad N: 2570/a.c. Protho-
collum oralis perception
et Reversales admanu
Partibus Resolutionis app
in causa constituti Seq
stris Bonorum Koch —

N. 1. Prothocollum sub N. 1409/80
2. Reversales admanu: Resol: ap

Sui Nro 385


70


2730 de praes. 5 Junij 801
523.


Forum Nobilium Lublini in sequelam mandati № 27 Maij a. c. emanati mittit Protocollum cuilibet perlustrationi cum reversalibus de admanuata partibus resolutione appellatoria in causa sequestri Bonorum Kock emanatae.


Cum Reversales quas R. Forum mittit se ad intimationem resolutionis appellatoriae № 27 febr. a. c. sub № 3522 a R. Foro emanatum referant, resolutio autem R. hujus appell. Tribunalis pariter sub 21 febr. a. c. edita contra quam ad altissimum locum recursus interpositus est a R. Foro sub № 3525 intimata et suspensa ... teste ... adnotatione ... diei 9 aprilis a. c. admanuata esse pateat, proinde ... reversales de 7 aprilis R. Foro restituantur ex injungatur ut reversales de 9 aprilis a. c. super admanuata resolutione ad № 3525 huc in tribuno promoveat.


R. ... 9. Junij 801 ...











ad Num 2570

Fas. VIII Suc. Nro 385

73

Relatio

Praesentes.
Praeses
Vice-Praeses
Dzerniski
Hniski Ass. loco Trautenburg
Weinberg
Pikarski
Einberg
Darowski Fori Causar. Consiliarius

Sacratissima Majestas!

In sequelam Recursus aulici à Successoribus olim Theresia Principis Jablonowska, sub Nro 521 exhibiti, et medio decretationis altissimae dto 9 ? 8 praes. 24 Maij huic obsequentissimo Caes. reg. Appellat. Tribunali pro praestanda relatione resignati, sequens Sacratissimae Majestati Vestrae anteponitur statusque negotii, de quo in hocce Recursu agitur.

Successores Theresiae Jablonowska, scilicet: Michael Wielahorski, et Michael ac Franciscus fratres Czubie adhuc Anno 794 contra Annam de Sapiehi Principissam Jablonowska, adjudicatam sibi habuerant Summam 87500 fp. capitalem et similem provisionalem. Sententia haec Anno 796 in via executionis Tabulae Leopoliensi ingrossata fuit, Anno vero 800 Recurrentes in eodem foro Nob. Sequestrationem bonorum Hock sub jurisdictione reg. fori Nob. Lubl. situatorum petierunt, idque tam in vim adjudicatae duplicis Summae 87500 fp. quam etiam expensarum 125 fl. rh. 39 xr efficientium: Reg. forum Nob. Leopol. hanc petitam sequestrationem concessit, et fine ejusdem effectuationis reg. forum Nob. Lubl. medio Nota dto 8 Julii 800 requisivit. Quia tamen

in reg. foro Nobil. Leopoliensi

Ad offtascale 4 Julij

Sententia per reg. forum Nob. Leopoliense submissa nonnisi in Copiis simplicibus allegata, de caetero etiam actis publicis ~~actis~~ hujus provinciae inserta non erant, proinde reg. forum Nob. Lubl. immissionem originalium requisivit, ut praevie actis publicis inseri valeant, simul etiam exequenter eo inviari requisivit, ut sibi hunc ibi advocatum constituant, qui ulterioribus executionis gradibus ~~gressibus~~ invigilare possit.

Ap. 20 ? 1801

Expedtum

Ignoratur quidem quid reg. forum Nob. Leopol. ad hanc requisitionem disposuerit; exequenter tamen ~~sub~~ Theresiae Jablonowska haeredes teste alleg. Nro 1. sub 9 ? bris 800 reg. foro Nob. Lubl. exhibuerant petitum, jam contra massam jacentem demortuae interea Recurrentis Annae Principissae Jablonowska directum, in quo in sequelam adjudicatarum sibi Summarum Sequestrationem bonorum Hock concedere, et pro sequestro Felicianum Chylinski constituere petierunt.

Nro 1.
petitum executionis de praes. 9 ? bris 800.

M. Poczynski 1. Julij 1801.
Coll. Prittwitz[illegible]
1

Ae

‡ super persona sequestri

Nro 2.
processus oralis dto 18 9bris 800.

Nro 3.
Extract prot. Consil. reg. fori Lubl. dto 3 xmbris 800

† petito Jurevincentium detulit, et

Nro 4.
Recursus Nro 5587. praes. 29 xmbris 800

Nro 5.
Relaô reg. fori Lubl. Nro 790 praes. 16 Feb. 801.

Nro 6
Extractus prot. Consil. dto 21 Feb. ad Num 206 & 790

Nro 7.
Recursus aulicus Succesorum Theresiae Dpis Jablonowska Nro 2570

Nro 8.
Copia philurae admanuat. dto 9 Aprilis a. c.

Reg. forum Nob. Lubl. sequendo praescripta § 423 Cod. Jud. hocce petitum Succesoribus Annae Dpissae Jablonowska pro danda in triduo declaratione communicavit, illis vero in personam Feliciani Chylinski non consentientibus, ast Commissarium bonorum Kock, Stephanum Jedlinski erga cautionem proponentibus, reg. forum Nob. ad extricandam quaestionem de persona sequestri diem pro 18 9bris a. c. dixit, et partes adcitavit.

In protocollo exinde assumpto et hic sub Nro 2 allegato Succesores tam super concedenda sequestratione /: de qua autem in moderno recursu non agitur :/ quam de persona sequestri disputarunt, et quaelibet pars propositum a se sequestrum sustinere conabatur; reg. forum Nob. Lubl. vero eum 3 xmbris 800 protocollum hoc teste Nro 3 resolvendo, ‡ Felicianum Chylinski erga praestandam Cautionem annuis proventibus correspondentem pro sequestro constituit, ex motivo quia Stephanus Jedlinski, si pro sequestro constitueretur, duobus dominis servire deberet.

Succesores Annae Dpissae Jablonowska cum hac resolutione gravatos se sentientes, recursum sub Nro 4 adclusum ad hocce Cas. reg. Appell. Tribunal interposuerant, hic loci vero habita reg. fori Nob. Lubl. relatione Nro 5. teste extractu prot. Consilii sub Nro 6 allegati, recursata resolutio quoad personam sequestri eo reformata extitit, quod loco propositi per recurrentes Feliciani Chylinski, propositus per recursos Succesores Annae Jablonowska, Stephanus Jedlinski, sub iisdem intuitu Feliciani Chylinski constitutis cautelis, pro sequestro constituendus sit.

Motiva hujus Resolutionis in extractu protocolli Consilii contenta, et naturae rei et Oeconomiae de qua hic agitur tam conformia esse videntur, ut ad illorum justificationem eo minus quidquam addendum est, cum per Recursum aulicum sub Nro 7 hic readclusum nullatenus elidantur. Qua ipsa etiam hocce obsequentissimum Cas. reg. Appell. Tribunal eo fortius concludendo supplicat, ut ejus resolutio dto 21 Feb. quoad passum personae sequestri confirmetur, ac recursui denegetur, quia etiam recursus ipse in tempore legali interpositus non est; Nam cum resolutio hujus per reg. forum Nob. Lubl. teste Copia philurae admanuationis Nro 8. recurrentibus die 9 Aprilis admanuata fuerit,

proinde ~~cum~~ salvis etiam diebus feriatis, recursus usque ad 25 Aprilis expediri ~~debuisset~~, et computatis etiam 7 diebus qua Lublino Viennam currebat, die ~~[illegible]~~ 2 Maji praesentatus esse debuisset, cum tamen nonnisi praesentatum 5<sup>a</sup> Maji praefert, ~~tribus~~ [illegible] diebus praepostere exhibitus patet.

Sess die 30. Junii 801.

Trauttenberg

ad Suam Sacratissimam Majestatem.

Caes. reg. Appell. Trib. Galiciae occidental.

ad Num. 521.

praestat relationem super recursu Successorum Theresiae Dnis Jablonowska, intuitu constituti sequestri bonorum Wrock in persona Stephani Jedlinski.

Alleg.

Nro 1 petitum executionis de praes. 9 9bris 800.

Nro 2. processus oralis dto 18 9bris 800.

Nro 3 Extract. prot. Consil. reg. fori Nob. Lubl. dto 3 Xmbris 800


Nro 4 Recursus sub Nro 5587 de praes. 29 Xmbris 800

Nro 5 Relaõ reg. fori Nob. Lubl. Nro 790 praes. 16 febr. 801.

Nro 6 Extract. prot. Consil. dto 21 febr. a. c. ad Num 206 & 790.

Num. 7. Recursus aulicus sub Nro 8570 praes. 24 May a. c.

Num. 8. Copia schedulae admanual. reg. fori Lubl. dto 29 Apr. 801.



Fas. VII Soc. Nro 385.

75

3.076
587.

de praes. 22 Junij 801

Commun Nobilium Lublinij [illegible] reversales super admonitoria particulari resolutione in negotio continuendi pro se Successorum Theresiae [illegible] Jablonowska sequestri [illegible] Koch emanata.

Perlectis his reversalibus fiat relatio ad Sacram Majestatem uti in separato, super recursu Successorum Theresiae [illegible] Jablonowska interposito.


Scribatur relatio quae e in separato

Viennae 30 Junij 801

[illegible] 1801

ad Expedm

Relatio cum 1. allegato



Sub Nro 385.

76

Excelsum Caes: Reg: Applum Tribunal!

Praesentes

Excellentissimus D. Praeses

Consil. de Lojdzga
= Weinling
= Wrabetz
= Brzozowskj
= Putscher
= Friedenthal Ref.

In sequelam Mandati de 9. Junii 1801. sub Nro 2730. reparando errorem loco Reversalium readnexarum, Reversales intimatae Partibus et adnexatae die 9. April. a. c. Resolutionis appellatoriae de 21. febr. a. c. sub Nro 790. in negotio constituendi pro se Successorum Thesesiae Pipis Jablonowska Sequestris Bonorum Koch emanatae substernuntur.


Dato Lublini die 19. Junii 801.

Wittorff

587.

~~1027.~~

Cold



Extractus

Sue ffro 385

Anni 1801.

77

Consignatio[nis] Expeditionum die 9. April.

Ministeriali Weber ab Expeditore Cæs. Reg. Fori Nobilium

Lublinensis ad consignandum partibus traditarum.

| Numerus Exhibiti et taxalis | Species Expeditionum | Partes et Objectum Causæ | Taxa et Tymbrum fl.rh. | kr. | Determinatio percipientis | Subscriptio percipientis |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 3525. / 22469/2 | Intimat. | ad Susceperesllanno Pspis Gablonowska — 1.1 | — | 30. | Chiedorowa... 30 kr Zyk. | ex 9. April. 801. G. Patocki |
| | Or | p. Contrapart. Sue. Aspores Sheresfetn Ipsijsa Gablonowska | | | Ha... | 9. April. 801. le vavi Milkowski |

Collatum et consonum esse. Junii 1801. — judiciali admanuationum ... lucre ex integro hisce ex otto testimonium praebet. Lublini die 19 Ignatius Sahanek C. R. Fori Nob. Lubl. Secretarius ac Expeditionis Director.

Cod. Suchodolskij

Consignatio Expeditionum die Ministeriali — Anni 180


ab Expeditore Cæs. Reg. Fori Nobilium Lublinensis ad consignandum partibus traditarum.


| Numerus Exhibiti et Taxalis | Species Expeditionum | Partes et Objectum Causæ | Taxa et Tymbrum fl. rh. | kr. | Determinatio percipientis | Subscriptio percipientis |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Nres 8vres 2 2 | | | | | |

Nro 6.

Extract. prot. Cons. d° 21 febr. ad Num. 206, & 790.

~~ad~~ Ex hujati protocollo copiandus.






praes. 22 Junij 80
N: 3076

Ad
Excelsum Caes: Reg: Appellatorium
Tribunal Gall: Occidentalis
Caes: Reg: Forum Nob: Tubli

immittit ad N.ᵘ 2730. Re-
versales super admanu-
ata Partibus Resolution
ad N.ᵘ 790. emanata.

J Reversales admamat. a
N.ᵘ foralem 3525. —

Friedenthal Jr.



12

Ad N: 4078. de praes: 20. Aug: 801

Senatus II Fasc VII Sen Nro 385

81

Reg: R. Foro Nobilium Lublinensi

18 R. Sua Sacratiss: C. R. Majestas, tenore aulici Decreti dd 8. et recepto 20. augusti h. a. emanati, ad relationem R. hujus appellationum Tribunalis dd 30 Junij a. c. super recursu Successorum Principissae Theresiae Jabłonowska, adversus nominationem pro Sequestre in bonis Kock Stephani Jedlinski, resolvere dignata fuit; quod reformando resolutionem appellatoriam dd 21. febr. h. a. constitutus a R. Foro Nobilium sub 3tia Xbris a. d. Sequester Felicianus Chylinski confirmetur.

Quo prout Altissima resolutio, sub acclusione allegatorum Reg. Forum Nobilium concernentium, nec non allegatorum aulici recursus, recurrentibus restituendorum, R. Foro Nobilium eo injuncto intimatur, ut de ea partes informet, et taxam aulicam penes consignatam in octiduo exigat.

Dat. 26. Aug: 801

Pnorad

Cliny 28 Au

Exp: edm

acclusis allegatis Nro pmo et 2do

allegatis aulici recursus

nota taxali aulica factum

Auspi(?) mndi 28 Aug 801 Flum(?)

Dad off taxale 31 Augus

Ut Expitem

Nil eandem

Nro 8328 Taxa . 40 Xr

Portorium 5 f 20 Xr


Tym 2 [illegible]

Sa 8 fr 0 Xr

Mund: Poczyński 29. Aug.

C. Bulmeyer

J Aulicum Decretum cum 7. allegatis



824: An das westgal. Appell: Gericht.

Sen Nro 385

82

Dem k. Appell: Gericht wird auf seinen Bericht vom 30ten Junius d. J. Nro 2570: über den Recurs der Fürst Theresia Jablonowskischen Erben gegen die Ernennung des Stephan Jedlinski zum Sequester auf dem Gute Kock unter Rückschluß der Berichtsbeylagen 1. 2. 4. 5. 7. & 8. erwiedert: daß mit Abänderung der appellatorischen Entschließung vom 21ten Febr: d. J. der vom lubliner Landrechte untern 3t Ab: d. J. bestellte Sequester Felician Chylinski bestättiget werde.

Von welcher höchsten Entschließung das k. Appell: Gericht die Partheyen durch Behörde zu verständigen hat.

Im Verhinderungsfall des Praesidium.

[illegible]

Per Sac: Caes: Reg: Majestatem
Ex Cancell: Aul: Galiciensi.
Wien am 8ten August 801.

[illegible]

786.

Protheller

præsent: 20. Aug: 1801.

N: 4078.

Intimetur Foro Nobilium Lublinensi pro informandis partibus, cui notula tanae auldro fini ejus executioni adcludatur. Viennae 26. augusti 801 [illegible]

A

Das K: Appellationsge-richt in Westgalizien

4

Wien

Krakau

10.

9

29 l. 3 f 16.



Excelsum Appellationum Tribunal!

Ad Petitum Successorum Teresiae Principissae Jablonowska scilicet Michaelis Wielohorski, Michaelis Czacki, et Cunegundis e Principibus Sanguszko Czacka, contra Massam Successionalem olim Principis Annae de Sapiecha Jablonowska pto sequestrationis bonorum Wock cum attinentiis, ob Sam 82,500 fp Capitalem, similem pro visionalem et 125 fl. 39 xr exhibitum, Excelsum Forum Nobilium Lublinense illico absque perceptione Curatoris Massae seu potius Successorum sequestrationem petitam decrevit, et in Ordine Declarationis quoad sequestrum dandae petitum, hoc Successoribus communicavit, et licet quidem circa datam eatenus declarationem Successores Recurrentes fundatas opposuerunt rationes ex quibus simpliciter Executio dari non potuerat, et in sequestrem Felicianum Chylinski ex parte exequentium propositum non consenserint, bene vero ex parte sua Stephanum Jedlinski proposuerint, tamen Excelsum Forum in neutro passu hujus Petiti detulit, ut id videre est ex Resolutione ddo 3 Mis A. Cadta

/. 14095 emanata sub /. adnexa, Successoribus die 14 Ambris a. c. admanuata, gravati itaque tali Resolutione quoad utrumque Passum praesentibus ad Excelsum appellatorium provocant, et Motiva Judicis sub /. adjuncta ita elidunt.

Et quidem quoad decretam simpliciter executionem, licet enim Requisitio Fori Nobilium Leopoliensis petito Recurrentorum adjuncta fuerit, tamen haec requisitio tantum non valet. ac si immediata ad Excelsum Forum Nobilium Lublinensis directa fuisset, eo ipso enim quod per

manus

manus Latti Exequentis dirigebatur fidem suam ar
it, ac per consequens prorie perceptio Reconventionum de
tari debuerat. eo fortius cum.

Exequentes ab Ao 794 ideverit, et hanc requisition
primo post fata Annae Jablonowska coperabantur fa
le itaque accidere potuit, ut tractu temporis Actus aliq
intercederet inter Annam Jablonowska et Exequentes
quem obligatio Decretis eatenus productis imposita est
eta estet, prout id in effectu exequendi per Decretum
promissoriale subseque prolatum deducturos se obtulerun
Tandem ipse Judex Motives suis derogat per id quod
pore petiti exhibiti exequentium Decreta per eos prod
eta oblatuata non fuerint, sed primo suppletorie ob
tionem eorum effecere, sequitur itaque quod jam p
maxime petitum prateren asque effectu restituendum
ret quia quod ab initio nullitate laborat etiam ex post non
legalisatur, tanto magis quod exequentes non docuerin
unum decretum appellatorium defunctae Annae Jablon
owska aut ejus Plenipotenti admanuatum sit hinc
demonstrarunt illud viribus rei Judicatae provisum es
et Successores in mora versari, quam primum enim
lud decretum adeusque adnanuatum non fuit tum
semper, 14 dies sunt pro Successoribus salvi quib
pars solutionem expectare tenetur. —

Quo spectat confirmationem sequestri in persona
Feliciani Chylinski haec etiam est gravaminosa; quia
motivum quod propositus per exequendos sequest

Seq





Stephanus Jedlinski si pro tali constitueretur duobus ser-
viret dominis subsistere non potest; ille enim agit pro prae-
senti Commissarium in bonis Kock, si itaque eligeretur
in sequestrum ipso facto munus ejus commissarii in munus
sequestri degeneraret, adeoque duplici munere obstrictus
non esset, tanto minus dum etiam Alexander Sapieha qua
Administrator bonorum Kock penes quem dictus Jedlinski
servitia sua praestat. in eum consenserit ergo hoc ipso eum
a munere Commissarii pro casu si sequester fieret libera-
vit = Accedit quod haec pars cujus rei sequestro stringi-
tur, semper majoribus periculis exposita sit quam pars
Jure vincens huic enim satisfit Cautione Annuis proventi-
bus correspondente, praeter quam alia cautio non datur
Jure victae vero ob desolationem ob incuriam Rei Oeconomi-
cae, ob dolum, ob defectum sufficientis tandem diligentiae
et attactionis in ipsa Rei Substantia diversi generis
imminent damna pro quibus eum a Sequestro non
cavetur, aequius est ut is a Judice in sequestrum
denominetur, in quo pars jure victa majorem fiduciam
reponit, quam is quem Jure vincens optat. –


Quapropter supplicatur Excelso Appellationum
Tribunali ex parte Successorum olim Annae Jablo-
nowska utpote Theophilae Sapiezyna, Carolinae Sol-
tykowa, Emiliae Jelska, Mariannae Luzyna, et
Francisci Sapiecha, necnon Alexandri Principis Sa-
piecha Administratoris Resolutionem Recursua-


tam

Recursatam eo reformari, ut antequam Sequestratio decernatur perceptio Recurrentium injungatur si vero huic deferri Excelso Tribunali non posse visum fuerit, Sequester non in persona Feliciani Chylinski sed Stephani Jedlinski constituatur.

Josephus Tudowicz Plen. Princ. Sapiehy

Kretowicz Plenip. Illustrissimi Principis [illegible] quartae tum Alexandri Princ. Sapiehae





Comunicatur hicce Recursus erga futu-
ram restitutionem R. Foro Nobilium
Lublinensi pro praestanda eatenus
Relatione Actis necessariis instruenda
sub Termino 14 dierum.
Decretum Cracoviae die 7. Januarij 1801
In Consilio R. Appel.
3 1/2 Loth Tribunalis Gal. Occid.
Scheeschmidt

№ 550 Taxa 40
Portoe 1f 2
2 42

Praes 20ma Januarii 801
Nro 949

Ph. 15 Januar

p. Coslum

238

Praes 29 Xbr. 800
№ 5587
4107
749 790

Lit. B.

Ad Nrum 4tum

Excelsum Caes. Reg. Appella-
tionum Tribunal

Recursus

Successorum olim Anna
Jablonowska et Alexan-
dri Sapiecha

A Resolutione Caes. Reg. Fori
Nobilium Lublinensis de
3a Junii A.C. ad Nrum
14095 edita seque-
strationem bonorum
Kock decernente et
pro sequestro Felicia-
num Chylinski consti-
tuente

Cum Allegatis sub /. II.

p. Fidecowicz


6

Copia simplex

Sen No 385

88

A Cæs. Reg. Foro Nobil. Lubling. Successoribus olim Annæ Principissæ de Sapiehy Jablonowska p Fiedorowicz Phyl. 14 Decemb. 800 consignandum ad No 14095 admannavi die 14. Xbris 800 Bychawski minist. Resolvend Prothocollum oralis pertractationis in causa Successor. Theresiæ Principissæ Jablonowska scilicet Michaelis Wielhorski, Michaelis Czacki, et Cunegundis e Principibus Sanguszko Czacka qua Matris Tutricis prolium cum Francisco Czacki prosecutarum contra Massam successionalem olim Annæ Principis de Sapiehy Jablonowska in ordine danda declarationis super proposito sequestro Feliciano Chylinski quod sequestranda bona Kock cum attinentijs in satisfactionem Summar. 87400 fl. Capitalis et iterum 87500 flor. provisionalis ac 125 fl. 09 xr. die 18 9bris a.c. assumtum petitam sequestrationem bonor. Kock cum attinentijs in satisfactionem Summar. 87400 fl. et iterum 87500 fl. item 125 fl. 39 xr. Decretis C. R. Appellationum Tribunalis Gall. Orien. et C. R. Fori Nobil. Leopoliensis de 12 Febr. 794. et 16 Junij 794 adjudicatarum concedend. sequestr in Persona Feliciani Chilinski constitutus, atq. Camerarius Ignatius Dobranski sub uno delegatur, ut hanc sequestrationem pro Re Successor. Theresiæ Principis Jablonowska in conformitate instructionis Camerarialis intra quatuor Septimanas peragat, constituto sequestri bona Kock cum attinentijs erga sufficientem Cautionem Annuo proventui adæquatam super bonis immobilibus vel proprijs vel fide jussoria inscriptam attestato Regentis super sufficientia Hypothecæ roboratam in administrationem sequestratoream tradat, ac Prothocollum de super assumtum a partibus et sequestro debite subscriptum huc submittat de quo pars utraq. informatur Datum Lublini de 3. Xbris 800 Wittorff Ex Consilio Cæs. Reg. Fori Nobilium Lublinens. Galliciæ Occid. Sacharek —



Sin Nro 385

90

## Motiva

Ex quibus resolutio in Causa Successorum Teresiae Principissae Jabłonowska, Scilicet Michaelis Wielohorski, Michaelis Czacki, et Cunegundis de Principibus Sanguszko Czacka qua Matris Patrui pro tum cum Francisco Czacki procreatarum, contra Massam olim Annae Principis Jabłonowska, in ordine dandae declarationis super proposito Sequestro Feliciano Chylinski quo ad Sequestranda Bona Kock in satisfactionem Summarum 87.500. fl. et iterum 87.500; ac 125. fl. 39. xr. in Caes. Reg. Foro Nobilium Lublinensi 4 Decembris 1800. ad Num 14.695. emanavit.

Quo ad Possum Num Sequestrandorum videlicet Bonorum Kock

Cum Causa haec jam per binas Sententias homologatas decisa et ad requisitionem Caes. Reg. fori Nobilium Leopoliensis Sequestratio admissa sit, jam vero super proposito Sequestro in conformidate, C. J. dies pro percipiendis de super cum iis controversiis partibus dictus fuerit quamvis quidem tunc temporis sententiae in actis propriis districtus non oblatuatae extiterint proinde nunc ad praesens per sequestrationem petentes inducto Sententiarum ad Acta Terrestria concernentia suppleta adeoque omne impedimentum effectuandae sequestrationis sublatum esse conspiciat, deferendo petitae Sequestrationi Bonorum Kock cum attinentiis in Satisfactionem Summarum 87500. fl. et iterum 87500 fl. cum 125. fl. 39 xr. adjudicatarum Camerarius Baranowski delegatur, ad

hanc

ut hanc Sequestrationem pro Ille Su
sorl Theresiæ Principis Jablonowska in
formitate Instructionis Cameralis inde
Septimas per agat, et Protocollum
super assumtum à partibus et Seq
tra debite subscriptum horsum inv
Jam vero pro Sequestre constitut
Stephanus Chylinski erga praestandam
tionem annuis proventibus Correspondent
super Bonis immobilibus vel propri
vel Fide Jussoria inscriptam, et alleg
Regentis actorum de Sufficienti Se
tate munitam et erga dandum ann
cujusvis anni Calculum. — Stani
phanus Jedlinski pro Sequestre con
nequeat, qui qua Officialista Successoru
et respective. Massæ Successionalis b
servivit Dominis. —

Quo ad Passum 12dum ratione exim
a Sequestratione Prædii Bialobrzegi u
Borzeciowice. —

Exequutioni dicti Prædij Bial
brzegi cum Borzeciowice per Princ
Alexandrum Sapieha, petite a con
jam Sequestratione Bonorum Ko
cum attinentijs locum non dari ast p
liberum


vertatur

liberum relinqui jura sua in via juris prosequi, ex ratione quia sua possessio ex titulo tantum privato pullulati jam vero Sequestratio qua Actus judicialis illum absorbet.

Taxa. 12.

Soluta i 20ma Decembr. 1800.

Ant. Serinka Taxator. mp.



Ex offo

Sub No. 385

92

Excelsum Cao: Regium Appellationum Tribunal!

Praesentes.
Excellentiss: Dnus Praeses.
Consiliarii - ab Einberg.
- Wyelzga
- Gruszecki
- Fridenthal Ref:

Provocando Protocollum in causa Successorum Theresiae Principis Jablonowska contra Successores Annae Principis Jablonowska puncto Sequestrationis bonorum Kock in extenuationem Summae 87500 fl. super perceptis Jurevictis quoad personam Sequestris die 18 Novemb: 800 assumtum, quod die 27 Decemb: 800 occasione interpositi ab Alexandro Principe Sapieha propter non exemta bona Bosniowice recursus praestito catenus relationi sub N 1 in originali accludebatur, adnectendo porro

A. sub litt: A Extractum Protocolli de 3 De-

B. cembris 1800 super Recursu sub litt: B. readnexo, referendum nonnisi superest. -

a. Quod haec Sequestratio sub praes: 18 Aug:

C. 1800 ut litt C a Foro Leopoliensi requisita hic fuerit, quod praeterea Successores Jablonowsciani Jurevincentes seorsive Sequestrationem petierint, itaque attenta Requisitione Judicis a quo, attentis Sententiis in vires judicati exactis vel cogitare pudeat Causidicum, ut Judex requisitus, an executionem concedere velint, adhuc praevie percipiat. -

b. Resolutio Petitum Jurevictis communicans eos ad dandam solummodo super persona Sequestris declarationem invitabat, porro dies ad conveniendam de persona Sequestris dictus, immo sub 11 Octob: petito Recurrentium, ut circa Executionem decernendam 30 dies dila-

tio

158.
~~449.~~

tio concedatur Denegatum est, quin de una vel altera resolutione in termino Recursum interpositum fuisse [illegible] natur vana proinde ex praemissis apparent Recurrentium avocanda Executionis vota. –

c. Quod Jellinski qua officialis Recurrentium pro Sequestre constitui [illegible] quivent nulla ulteriori indiget demonstratione, ast neque periculum [illegible] rectis imminet, cum Sequester Chelinski ad Cautionem & Calculum teneatur. –

D. Hisce accludendo apocham taxalem de soluta 2 f. 4 xr. sub D. in[illegible] dem solutionis ergastitutionem [illegible] dato ad N. 5587 satisfit.

Datum Lublini die 27 Janu: 8[illegible]

Wittorff

prs 16 Febr 801
4078
N. 790.

Nrus 5tus

Ad

Excelsum Cas. Regium Appellationum Tribunal Gal. Occid.

Relatio

Cas. Regii Fori Nobilium Lublin.

ad N. 5587.

Super Recursu Successorum Annae Jablonowska contra Sequestrationem bonorum Kock.

Alleg.

A. Extractus Protocol. de 3 Xbr. N. 140

B. Recursus.

C. N. 9423. Nota Fori Leopol.

D. Apocha taxalis.

Friedenthal

Sue Maj. 385

94

Sacratissima Caesareo Regia Majestas.

Postquam Successores Theresiae Principissae Jablonowska, scilicet Michael Wielohorski, Michael Czacki, Conegunda de Sanguszko Czacka, qua Mater et Tutrix Prolium cum Francisco Czacki procreatarum contra Successores Annae Principissae Jablonowska Sequestrationem bonorum Kock in Extenuationem Summarum 87500. fl. poti capitalis, tum 87500. fl. poti provisionalis, et 125 fl. Rhg 39. xr. Expensarum lucrati sunt, in Sequestrum horum bonorum Felicem Chylinski proposuerant, sed dum Successores Annae Jablonowska, licet contra propositum Administratorem nil obmovebant ex sui tamen parte alium scilicet Stephanum Jedlinski constituendum petierant; superata itaque quaestione per assumptum eatenus Controversionis Protocollon Caes. Reg. Forum Nobilium Lublinense Administratorem in Persona Felicis Chylinski constituit, nihilominus Apellationum Tribunal Cracoviense ad interpositum Recursum per Successores Annae Jablonowska loco constituti Felicis Chylinski, et eam in actuali administratione praevie data sufficienti Cautione existentis, Stephanum Jedlinski Decreto suo de 21 Februarii emanato sub 10 Martii publicato et sub 9. Aprilis a. c. ad mannato, constituendum decrevit ut A. quoniam

A.

488.

quoniam vero

Ejusmodi Resolutio quo ad immutationem Personae Sequestri Successoribus Sherissiae Principissae Jablonowska quam maxime praejudiciosa et gravaminosa, et nec Motiva judicati B. eandem justificari possunt nam ad

B.

a. Felix Chylinski non alia ex ratione per Successores exequentes in Sequestrum propositus, quam ex eo, quod Eundem rei Oeconomicae gnarum sciant, adeoque quanda[m] etiam sufficientissima Cautione insignitus, in munere hoc constitutus per Successores executos de male gesta re Oeconomica non incusatur, par praesumptio pro illo quam et Stephano Jedlinski respectu rei Oeconomicae haberi debet, ubi vero dum circa Executionem Exequentium reflexio haberi debet, etiam propositus sequester illorum potius favori constituendus, quorum favore Executio conceditur, et Successores exequentes respectu percipiendae suae Satisfactionis nunquam tuti esse possent, quia Stephanus Jedlinski est Servus Successorum non Solventium, ex Obligatione itaque Scribi Mandata suorum Dominorum audire deberet, adeoque et ille pro certo praemium ex administratione bonorum si colligeret, non exequentibus sed suis Dominis restitueret, taliter itaque damnum apertum Recurrentes sentirent, praeterea Motivum hoc Judicii a Quo[o] in mera praesumptione superstructum, si itaque praesumptionem pro Motivo Judex a Quo[o] sumere voluit, debuit etiam hanc ipsam praesumptionem pro persona Felicis Chylinski reflectere, cum alias lederetur in jure Donato-

ri

vi cujus quilibet praesumitur bonus donec probetur malus – dein

ad b. verum est, quod Constitutus Sequester Felix Chylinski peculiari renumeratione provideri deberet, sed hoc dici non valet, ut Jedlinski quoque renumerationem non indigeret, quod hoc Motivum in nulla Declaratione nec Successorum, nec Stephani Jedlinski invenitur – nihilominus quando cum Constituto Sequestro per Resolutiones Regii Fori praecommissum ut Officiales omnes in fundo sequestribiles sustineat evidens est, quod Recurrentis in fiducia recipiendae suae Satisfactionis, et Executi in bona gerenda Administratione Securitatem eo fortius habeant, quod Felix Chylinski Cautionem exactissimam dederit, quae per neminem disputatur –

ad c. certum est quod Stephanus Jedlinski sit Servus executorum adeoque pro una persona Morali cum Executis spectari debeat, dum itaque Executus juxta §. 447 Cod. Jud. in Subhastatione licere non possit, ex Analogia hujus Legis neque Personam Sequestri agere valeat, sequitur itaque quod nec Jedlinski Servus munus Sequestri exercere possit – ideoque

His reflexis spectato insuper eo, quod Felix Chylinski cum per aliquot tempus optime his Bonis administret, et Cautionem sufficientissimam dederit, homagialiter apud Thronum Vestrae Sacratissimae Majestatis Supplicatur, quatenus Resolutio A. reformetur, et Felix Chylinski qua Sequestrator, et Administrator pro tali Declaretur.

Datt. Lublin 23. April 1801. a.

Stakensiewicz [illegible]

Dieser Beschwerdeschrift wird dem kön. wechselrechtlichen Appellations-gericht mit dem Auftrage zuge-stellt, hierüber binnen drey Wochen, vom Tage des Empfanges bericht zu erstatten, und zugleich zu begutachten, ob diese Beschwerde-schrift in gesetzlicher Frist eingebracht sey.

Per Sac: Caes: Reg: Mattem
ex Cancell: aul: Gal:
Wien den 9ten May 801.

Friedrich [signature]

praes 24 maij 801
N: 2570

521. praes 5. May 801.
ab aulâ

126.

4078

Nrus 7mus

Ad
Sacratissimam Caesareo
Regiam Majestatem

Successores olim Theresiae Prin-cipisse Jablonowska

Erga

Supplicant, Resolutionem Caes. Regium Apellationum Tri-bunalis respectu Constituendi Sequestri Bonorum Kock cum Attinentiis, ratione prae-senti Recursu, reformari

Ad N. B.

p. Hakenfeld

Excelsum C.R. Appellationum Tribunal mediante
Decreto suo d[to] 21 Februar et recepto 9. Martij a.c.
super Recursu Successorum Annae Principissae Jablonow-
ska in Causa cum Successoribus olim Theresiae Principis
Jablonowska sub [struck] modo de Wielopolskie Michaele Bracki, Cunegunde de Sangusz-
ki Bracka qua Matris Tutricis Prolium cum Francisco
Bracki provocatarum puncto Sequestrationis Bonorum
Kock cum attinentiis agitata, a Resolutione Reg: hujus
Fori Nobili d[to] 3. Aprilis 800 emanata interposito /: qua
mediante decisum fuit: Petitae Sequestrationi Bonorum
Kock cum attinentiis in satisfactionem Summarum 87500 fpol.
et iterum Octuaginta Septem Millium quingentorum
fpol. tum 125 fr. rhen. 39 xr Decretis Caes. Reg: Appell.
Tribunalis Galliciae Occidentl: et Reg: Fori Nob: Leopolien.
d[to] 12 Februar. 794 et 16 Junij 1794. adjudicatarum
locum dari, et Felicianum Chylinski qua Sequestrum
constitui :/ recursuatam Resolutionem intuitu Sequestra-
tionis Bonorum Kock pro Re Successorum Theresiae Ja-
blonowska puncto 87500 fpol. Capitalis tum 87500 fpol.
Provisionalis, et 125 fr. rhen. 39 xr. expensarum concessae
confirmare, adeoque Recursui denegare. quo ad Passum
vero, vi cujus Felicianus Chylinski pro Sequestro constitu-
ebatur, recursui deferre, adeoq. passum hunc resolutionis
eo reformare adinvenit, quod loco propositi per exequentes
Feliciani Chylinski propositus per Executos Successores Annae
Jablonowska Dnus Stephanus Jedlinski sub Jordem in Reso-
lutione recursuata, quod Chylinski praefixis Cautelis pro
Sequestro constituendus sit —

De qua proin Resolutione Appellatoria tum Exe-
quentes, quam Executi informantur eo addito, quod post
homologatam hanc Resolutionem, pro constituendo in
Sequestrem Dnô Jedlinski Ipsis petere, atq. motiva


reformati

reformati Passus hujatis decisionis in Registratura in-
spicere, vel in Copia levare liceat.

Datum Lublini die 10 Martii 801.

[signature]

E Consilio Caes. Reg. Fori
Nob. Lublin. Gall. Occident.
Sahanetti



A.

Zugeschickt 9 April 801
Weberitz

alus. Reg. Foro Nob. Lubl.

Successoribus olim The-
resiae Principissae Ja-
blonowska

Consignandum
Adv: Hakenschmid

Lubl. 9. April. 801

470 ad N.ro 3525.
4078

98

# Motiva decidendi

Quibus in causa Successorum Annae Principis Jablonowska cum Successoribus Theresiae Principis Jablonowska, scilicet Michaëlis Wielohorski, Michaëlis Czachi, Cunegundis de Sanguszkie Czacka, qua Matris Tutricis prolium cum Francisco Czachi procreatarum, puncto Sequestrationis Bonorum Hoczo cum attinentiis agitata, resolutio Regii Fori Nobilium Lublinensis d.o 9.na Decembris 1800. edita, sub 21.ma Februarii 1801. reformata est.

Reformatur passus resolutionis quoad Sequestrum, non in persona Feliciani Chylinski, ast Stephani Jedlinski constituendum; nam

a.) Stephanus Jedlinski, qua Commissarius et continuus Administrator Bonorum Hocz, oeconomiam ruralem sibi optime notam habens, Bona haec melius administrare posse praesumitur, quam Felicianus Chylinski, qui primum Glebam, et particulares circumstantias soli cognoscere deberet, et taliter aut in fundo aut in proventibus damnum causare posset.

b. Chylinski peculiari remuneratione provideri deberet, per quod excussis majus damnum causaretur; cum e contra Jedlinski, qui aliunde Salario provisus est, cuique indifferens esse potest, pro quo Bona administret, et cui proventus tradat, peculiari remuneratione non indigeret.

c. Exequentes Stephano Jedlinski nil aliud opponunt, quam quod in Servitiis Successorum Theresia Jablonowska constitutus sit, id autem nullibi prohibetur, ut Servus excussi in Sequestrum non constituatur: De caetero Jedlinski aliunde Cautionem exhibere

soluta Taxa Die 22.da Aprilis 801. 8. fl.
P. Zyliewicz [illegible]
[illegible] Subst. Contr.

exhibere, et rationes reddere tenetur,
ex quibus apparebit, an munere su-
mmus recte functus fuerit, quo
casu cum sua cautione similiter,
uti Felicianus Chylinski respon-
dere obligatus erit.

Copia





Extractus Consignationis Expeditionum die 9. Aprilis Anni 1801. Ministeriali Weber ab Expeditore Cæs. Reg. Fori Nobilium Lublinensis ad consignandum partibus traditarum.

| Nrus. Exhibiti & Taxalis | Species & Nrus. Expeditionum | Denominatio Causæ partiumve | Taxa judicialis & Chartæ signatæ fl. | kr. | Determinatio loci vel percipientis cum quantitate & qualitate Expeditionum. | Subscriptio percipientis cum expressione tam speciei quam numeri Expeditionum. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 2525 / 2246 1/2 | Intimat. | ad Successores Annæ Ppis Jablonowska c. s. | — | 30. | Fiedorowicz 30 xr Zyka | d. 9. Aprilis 801. J. Patocky |
| | d° | p. Contraparte Successores Theresiæ Principissæ Jablonowska | | | Hakenschmid | 9. April 801. levavi Milkowski |

Collatum, et judiciali admanuationum Chyluræ ex integro consonum esse hisce ex offo. testimonium prabeo. Lublini die 19 Junii 801.

(L. S.)

Ignatius Sarhanek m. p.
C. R. Fori Nob. Lubl. Secretarius et Expeditura Director

Consignatio Expeditionum die Anni 180 Ministeriali ab Expeditore Cæs. Reg. ad consignandum partibus traditarum.

Ad 824.

| Nrus. Exhibiti & Taxalis | Species & Nrus. Expeditionum. | Denominatio Causæ partiumve | Taxa judicialis & Chartæ signatæ | | Determinatio loci vel percipientis cum quantitate & qualitate Expeditionum. | Subscriptio percipientis cum expressione tam speciei quam numeri Expeditionum. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | fl. | kr. | | |
| | Nro 8vo | | | | | |

